THE LIBRARY OF CONGRESS
1800

Class PA3545
Book .T8

362

THOMAE TYRWHITTI

CONJECTURAE

IN

AESCHYLUM, EURIPIDEM ET ARISTOPHANEM.

THOMAE TYRWHITTI

CONJECTURAE

IN

AESCHYLUM, EURIPIDEM ET ARISTOPHANEM.

LIBRARY OF CONGRESS
1871
CITY OF WASHINGTON

ACCEDUNT

EPISTOLAE DIVERSORUM

AD

TYRWHITTUM.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCCXXII.

PA3545
.T8

LC Control Number
2003 354747

PRAEFATIO.

TANDEM prodeunt ex officina nostra typographica Thomae Tyrwhitti Conjecturae in Aeschylum, Euripidem et Aristophanem, non illae quidem nunc primum typis descriptae, verum tamen ita paucis adhuc cognitae, ut haud immerito pro ἀνεκδότοις haberi possint. Superiorem editionem Dunelmi, ubi ad aedem cathedralem praebendarii locum obtinet, excudi fecit Thomas Burgessius, Episcopus Menevensis, vir de omni fere literarum genere praeclare meritus, in Graecis autem Latinisque ita versatus, ut Tyrwhitti discipulum et familiarem decebat. Quo minus publici juris fieret libellus ante complures annos impressus, obstiterunt in primis mutata Burgessii studia, qui quum muneri episcopali et sanctioribus disciplinis fere totum se dedisset, ultimam manum Tyrwhitti reliquiis, quas e suae doctrinae copiis ornaturus erat, de die in diem imponere distulit. Sensit etiam editioni Dunelmensi non eum a typographo datum esse nitorem, qui et suae exspectationi et Tyrwhitti famae responderet. Quum vero audissemus libri diu desiderati exempla fere universa domi apud Burgessium latere, neque spem esse brevi proditura, virum summe reverendum aggressi sumus, nec magno labore ab eo impetravimus, ut alterius editionis, quae externo saltim

cultu priorem superaret, faciendae arbitrium nobis daret. Neque huic tantum voto annuit Burgessius, verum etiam Brunckii et aliorum ad Tyrwhittum epistolas nonnullas, unam praeterea Ruhnkenii ad Musgravium, quas omnes singulari libello edere secum constituerat, simul cum Tyrwhitti Conjecturis cumuli loco prodire voluit. Ut has libenter, ita Tyrwhitti ipsius epistolas haud paullo libentius edidissemus. Verum ne unam quidem, quae nondum typis descripta esset, usquam reperire nobis contigit.

Accentuum notis caret editio Conjecturarum Dunelmensis. Quod nulla typographi culpa factum est, sed jussu Burgessii, propterea quod Tyrwhittus ab harum notarum usu alienissimus fuerit. Nobis tamen visum est vulgarem scribendi rationem a recentioribus Graecis acceptam adhibere. Quam qui negligunt, licet antiquitatis imitationem excusent, ignorantiae aut indiligentiae crimen hodie vix effugiunt.

Annotatio in Tyrwhitti Conjecturas eo potissimum consilio scripta est, ut de locis recte secusve ab eo mutatis recentiorum criticorum judicium lectori notum faceremus. Multas Tyrwhitti conjecturas ab aliis occupatas esse nemo mirabitur, qui sciat, quantum profecerit Atticorum poëtarum studium his quadraginta annis.

Superiori editioni adjectae sunt Tyrwhitti Observationes in Dawesii Miscellanea Critica, quae septem extremas libelli paginas implent. Quum vero eaedem Observationes in recentioribus libri

Dawesiani editionibus vix una litera mutata legantur, eas a nostra editione sine ullo incommodo abesse posse putavimus.

Duorum Virgilii locorum interpretationem a Tyrwhitto profectam, quam Conjecturis in Aristophanem subjecimus, nobiscum communicavit praesul amplissimus, idemque bonarum literarum fautor eximius, Shute Barrington, Episcopus Dunelmensis, quo nemo majori studio aut Tyrwhittum superstitem coluit, aut defuncti memoriam prosequitur.

Sed longe majora his Barringtonio debemus. Eo enim auctore vir egregius, Thomas Tyrwhittus, Eques Baronettus, Tyrwhitti nostri fratris filius, quicquid patruus scriptis mandatum reliquerat, quod quidem ad literas nostras spectaret, neque in alienas manus transisset, id omne summa cum humanitate excutiendum nobis detulit. Reperimus autem quamplurimum operae in illustrandis et emendandis utriusque linguae scriptoribus feliciter impensae, sed tamen vix quidquam, quod sine nostro quodam labore in publicam lucem proferri posset. Quem quidem laborem etsi in praesentia suscipere nos vetant alia, quibus impedimur, negotia, aliquando tamen apud nos exitura speramus Thomae Tyrwhitti Adversaria, eaque eodem omnium plausu exceptum iri, quo cetera, quae typis nostris descripta prodierunt, talis ingenii monumenta.

Dabamus ex aedibus Clarendonianis, Kal. Juniis, A. D. MDCCCXXII.

MONITUM.

MENDA typographica pleraque ejusmodi sunt, quae lectori moram facere nequeant. In annotatione vero ad p. 51. *pro duobus verbis* Consentit Brunckius *repone:* Consentit Brunckius. Operae pretium videtur Brunckii annotationem describere: εἴπερ ἐλαύνων. *Foeda menda, quam reliquisse me pudet. Sic quidem est in libris omnibus. Nihilo tamen segnius repone* εἰ παρελαύνων. *Nec aliter Scholiastam legisse ex illius interpretatione liquet:* νικήσας, φησὶ, τοὺς ἀντιπάλους, τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἀπώλεσε. *Vide not. ad Conc.* 513. Ex his verbis Burgesius Brunckium indiligentiae simul et furti literarii coarguit, qui a Tyrwhitto per literas monitus, veram scripturam εἰ παρελαύνων apud Scholiasten exstare, nec Tyrwhitti mentem recte assecutus sit, neque eum auctorem nominarit.

CONJECTURAE

IN

AESCHYLUM.

CONJECTURAE

IN

AESCHYLUM.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ. V. 90.

ΠΟΤΑΜΩΝ τε πηγαὶ, ποντίων τε κυμάτων
Ἀνήριθμον γέλασμα,—

Scholiastes in haec: Καλῶς εἶπε τὸ γέλασμα—ἐκ μεταφορᾶς τῶν γελώντων καὶ διαχεομένων. Hoc autem durius est quam quod vel ab Aeschylo profectum crediderim. Malim igitur scribere, ΑΓΕΛΑΣΜΑ, *congregatio* innumerabilis marinorum fluctuum [a].

V. 269.

Κατισχανεῖσθαι. An κατισχνανεῖσθαι [b]?

V. 461.

Κᾷζευξα πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα
Ζεύγλαισι δουλεύοντα, σώμασίν θ' ὅπως
Θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων
Γένοιν θ', ὑφ' ἅρμα τ' ἤγαγον φιληνίους
Ἵππους,——

[a] Non opus est ut moneam, ἀνήριθμον ἀγέλασμα in initio senarii ferri non posse.

[b] Recte. Vide Blomfieldium.

Ita distinguendi sunt hi versus. In v. 464. Γένοινθ' est ex emendatione Dawesii Misc. Crit. p. 272. Vulg. Γένωνθ' [a].

V. 605.

Ἀλλά μοι τορῶς τέκμηρον,
Ὅ, τι μ' ἐπαμμένει παθεῖν,
Τί μὴ χρή·

Reddit interpres: *Quid me adhuc manet pati; Quid non oportet.* Quod ultimum sane frigidissimum est. Malim ponere stigma post παθεῖν v. 606. et sequentia sic conjungere:

Τί ΜΕ χρὴ, τί φάρμακον νόσου;
Δεῖξον, εἴπερ οἶσθα, θρόει,
Φράζε τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ [b].

V. 638.

Ὡς ἀποκλαῦσαι κἀποδύρεσθαι τύχας—

Ut metrum servetur, legendum est

Ὡς κἀποκλαῦσαι [c]——

[a] Legebatur: κἀζευξα πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα | ζεύγλαισι δουλεύοντα σώμασίν θ', ὅπως | θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων | γένωνθ'· ὑφ' ἅρματ' ἤγαγον φιληνίους | ἵππους, κ. τ. ἑ. Vulgatam ὑφ' ἅρματ' ἤγαγον recte servat ipse Tyrwhittus ad Dawesium. Hodie inter omnes constat, verba σώμασίν θ' ὅπως θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων γένοινθ' cum sequentibus conjungenda esse.

[b] Legebam: τί μῆχαρ, τί φάρμακον νόσου. Vide Censurae Edinburg. T. XVII. p. 236. Tribus exemplis ex Aeschylo allatis addidit Blomfieldius Lycophronem v. 547. βαιόν τι μῆχαρ ἐν κακοῖς δωρούμενος.

[c] Hodie legitur: ὡς τἀποκλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας.

V. 967.

Κρεῖσσον γὰρ, οἶμαι, τῇδε λατρεύειν πέτρᾳ,
Ἢ πατρὶ φῦναι Ζηνὶ πιστὸν ἄγγελον.

Hi duo versus, opinor, sunt, non *Promethei*, ut vulgo, sed *Mercurii*.

ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ. V. 408.

Τάχ' ἂν γένοιτο μάντις ἡ 'νοια τινί.

Vertunt omnes quasi sit ἡ ἄνοια, *insipientia:* quo sensu non video. Nisi multum fallor, scribendum est ἡ 'ννοια, i. e. ἡ ἔννοια, *notio, cogitatio.* Nos diceremus: *The conceipt* may prove prophetical[a].

V. 433.

Θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν
Καὶ μὴ θέλοντος φησὶν, οὐδὲ τὴν Διὸς
Ἔριν πέδῳ σκήψασαν ἐκποδὼν σχέθειν.

Non ignarus sum τὴν Ἔριδα, vice nuntii, a Jove aliquando missam fuisse Il. Λ. 3. neque diffiteor eandem τὴν Διὸς vocari posse, quippe quae apud Homerum audit Il. Δ. 155.

Ἄρεος ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη ἑτάρη τε.

Hic autem vix dubito quin Aeschylus scripserit, τὴν Διὸς ΙΡΙΝ: notam scilicet *Jovis nuntiam*, quae multo magis decore *in terram descenderet*, ut Capanea *a pugna cohiberet*, quam Ἔρις, sive *Discordia.* Nec non verisimile est Poëtam nostrum

[a] Blomfieldius: τάχ' ἂν γένοιτο μάντις ἐννοίᾳ τινί.

respexisse ad locum illum Il. O. 58. ubi Iris, ex mandato Jovis, Neptunum cogit

Παυσάμενον πολέμοιο τὰ ἃ πρὸς δώμαθ' ἱκέσθαι [a].

V. 503.

Αὐτὸς δ' ἐπηλάλαξεν, ἔνθεος δ' Ἄρην
Βακχᾷ πρὸς ἀλκὴν, θυὰς ὡς, φόβον βλέπων.

Malim, ἔνθεος δ' ΑΡΕΙ [b].

V. 548.

Pro Γόμφοις ἐνώμα,—legendum est Γόμφοισι νωμᾷ· et mox v. 553. Ὁ Παρθενοπαῖος [c]——

V. 1062.

ΗΜΙΧ. Φεῦ, φεῦ. ὦ μεγάλαυχοι καὶ φθερσιγενεῖς
Κῆρες Ἐριννύες, αἵ τ' Οἰδιπόδα
Γένος ὠλέσατε πρυμνόθεν οὕτως.
Τί πάθω; τί δὲ δρῶ; τί δὲ μήσωμαι;
Πῶς τολμήσω μήτε σὲ κλάειν,
Μήτε προπέμπειν ἐπὶ τύμβῳ;
ΗΜΙΧ. Ἀλλὰ φοβοῦμαι κἀποτρέπομαι
Δεῖμα πολιτῶν.
ΑΝΤ. Σύ γε μὴν πολλῶν πενθητήρων
Τεύξῃ· κ. τ. λ.

Ita, credo, distribuendi sunt hi versus.—V. 1065.

[a] Ἴριν nemo facile probet. Vulgatam tamen suspectam habeo propter omissum ἂν, quod quonam jure abesse possit, equidem non video. Confer Aeschyli imitatorem Euripidem Phoen. 1182,

[b] Ita libri multi tam scripti quam impressi.

[c] Utraque conjectura inutilis est.

vulg. ANT. Τί π.—V. 1067. vulg. Μήτε ΣΕ π.—V. 1068. vulg. deest Ἡμιχ.—V. 1070. vulg. Ἡμιχ.

ΠΕΡΣΑΙ. V. 369.

Ὡς εἰ μόρον φευξοίαθ' Ἕλληνες κακὸν,

. . . . . .

Πᾶσι στέρεσθαι κρατὸς ἧν προκείμενον.

Legendum credo, ΟΙΣ.

V. 918.

Εἴθ' ὤφελε Ζεὺς κἀμὲ μετ' ἀνδρῶν
Τῶν οἰχομένων
Θανάτου κατὰ μοίρᾳ καλύψαι.

Versus ultimus in metrum peccat, unde totum locum sic refingendum arbitror:

Εἴθ' ὤφελε, ΖΕΥ, κἀμὲ μετ' ἀνδρῶν
Τῶν οἰχομένων
Θανάτου κατὰ ΜΟΙΡΑ καλύψαι [a].

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ. V. 498.

Τάχ' εἰσόμεσθα λαμπάδων φαεσφόρων, κ. τ. λ.

Hæc vulgo *Clytaemnestrae* tribuuntur. Quod si recte fit, mirum sane est eandem tacitam in scena restare usque ad v. 596. Quae enim sub ejus no-

[a] Ut alios taceam, nominativum μοῖρα agnoscit Aldus. Neque idonea auctoritate caret vocativus Ζεῦ. Sed ne sic quidem metro satis factum erit, nisi legatur ὄφελε. Non legere ausim cum Blomfieldio. ὤφελεν, ὦ Ζεῦ.

mine leguntur ἀμοιβαῖα a v. 547. ad v. 559. sunt certe *Chori*. Mallem igitur haec tribuere *Coryphaeo*, qui, ut saepe alias, Chorum alloquitur.

V. 551.

Χο. Τερπνῆς ἄρ' ἥτε τῆσδ' ἐπήβολοι νόσου·
Κή. Πῶς δὴ διδαχθεὶς τοῦδε δεσπόσω λόγου;
Χο. Τῶν ἀντερώντων ἱμέρῳ πεπληγμένος.

Immo, nisi multum fallor, ΠΕΠΛΗΓΜΕΝΟΙ [a]. Hic enim versus in constructione jungendus est cum altero illo: Τερπνῆς ἄρ' ἥτε τῆσδ' ἐπήβολοι νόσου· qui etiam affirmative, non, ut vulgo, interrogative, intelligendus est.

V. 620.

Οὐδ' οἶδα τέρψιν, οὐδ' ἐπίψογον φάτιν
Ἄλλου πρὸς ἀνδρὸς μᾶλλον ἢ χαλκοῦ βαφάς.

Quid autem est illa *ferri*, seu potius *aeris*, *tinctura?* Nullam aliam scio nisi qua metallum temperatur, quae in hoc loco sensum commodum vix efficiet. Suspicor igitur corrigendum esse: ΚΑΛΧΗΣ βαφὰς, *Purpurae tincturam*. V. Hesych. in v. κάλχη, et Schol. in Soph. Ant. v. 20. adeo ut mens Clytaemnestrae sit: *Neque experta sum voluptatem, neque probrosam famam Ab alio homine* (qua sc. commaculer) *magis quam purpurae tincturam.*

V. 830.

Τούτων θεοῖσι χρὴ πολύμνηστον χάριν
Τίνειν· ἐπείπερ καὶ πάγας ὑπερκότους

[a] Ita Schützius aliique.

Ἐπραξάμεσθα, καὶ γυναικὸς οὕνεκα
Πόλιν διημάθυνεν Ἀργεῖον δάκος,—

Scholiastes interpretatur: πάγας] δίκτυα, παγίδας. et similiter versio Latina: *Quoniam et laqueos vindices Exegimus.* Quod quale sit non intelligo. Conjicio pro ΚΑΙ ΠΑΓΑΣ scribendum esse χἀρπαγὰς i. e. καὶ ἁρπαγάς. *Quoniam et raptus odiosos Vindicavimus,* poenas sc. eorum exigendo.

V. 992.

——— χρόνος δ' ἐπεὶ
Πρυμνησίων ξυνεμβόλοις [a]
Ψαμμίας ἀκάτας παρ-
ήβησεν, εὖθ' ὑπ' Ἴλιον
Ὥρτο ναυβάτας στρατός.

In v. 994. lego ψαμμίας ΑΚΤΑΣ, arenosa *littora.* De *arenosis navibus* nunquam audivi, neque, ut puto, Aeschylus [b].

V. 1112.

——— ἀλκὰν δ'
Ἑκὰς ἀποστατεῖ.

Robur autem (*i. e. ultorem*) *longe ablegat.* Ita Interpres. Sed certe corrigendum est, vel ἀλκὰ [c], vel potius ΑΛΚΑΡ. *Auxilium autem longe abest.* ΑΛΚΑΡ, ἀλέξημα, βοήθημα. Hesych. Sequitur: ΑΛΚΗ, δύναμις, ἰσχὺς, ἢ ἀλέξησις, ἢ μάχη· Αἰσχύλος Ἀγα-

[a] Tyrwhittus ξυν εμβολοις et mox παρεβησεν: neutrum consulto, ni fallor.

[b] Ἀκάτας ne Graecum quidem est. Bothius reposuit ἀκάτους. Blomfieldius conjicit ἀκταῖς.

[c] Sic Aldus. Accusativus a Stephano invectus est.

μέμνονι. Quae ultima ad præcedentem articulum Ἄλκαρ referri debere suspicor.

V. 1175.

Θραύματ' ἐμοὶ κλύειν.

Canterus emendabat, Τραύματ'. Sed malim ΘΑΥΜΑΤ'[a].

V. 1236.

Νεῶν τ' ἔπαρχος, Ἰλίου τ' ἀναστάτης
Οὐκ οἶδεν οἷα γλῶσσα μισητῆς κυνὸς
Λέξασα, καὶ κτείνασα φαιδρόνους, δίκην
Ἄτης λαθραίου, τεύξεται κακῇ τύχῃ.

Cum *de lingua canis* sermo sit, commodius, opinor, scribatur ΛΕΙΞΑΣΑ, *Lambens*. Versus autem sequentes sic interpungendi sunt:

Τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς ἄρσενος φονεύς·
Ἔστιν τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος
Τύχοιμ' ἄν;

V. 1282.

Καλουμένη δὲ φοιτὰς ὡς ἀγύρτρια,
Πτωχὸς, τάλαινα, λιμοθνὴς ἠνεσχόμην.

Lego, ΚΑΚΟΥΜΕΝΗ, *Malis vexata*[b].

V. 1404.

Εἰ δ' ἦν πρεπόντων ὥστ' ἐπισπένδειν νεκρῷ,
Τάδ' ἂν δικαίως ἦν. ὑπερδίκως μὲν οὖν——

Et si deceret libare super mortuo, Etiam haec jure facta essent; quippe cum ultra fas—Ita in-

[a] Sic Auratus Blomfieldio non improbante.

[b] Eadem conjectura Butlero in mentem venit. Vulgatam defendit Blomfieldius.

terpres Latinus; in iis interpretandis frustra sudans, quae prius emendanda sunt. Versus posterior, nisi fallor, sic scribendus est:

ΤΩΙΔ' ἂν δικαίως ἦν, ὑπερδίκως μὲν οὖν.

stigmate post οὖν posito. Sensus igitur erit: *Quod si decorum esset libationem facere super mortuo, Super hoc juste fieret, immo justissime*[a].

V. 1603.

Τὰ μὲν ποδήρη καὶ χερῶν ἄκρους κτένας
Ἔθρυπτ' ἄνωθεν ἀνδρακὰς καθήμενος.

Stanleius recte vidit legendum Ἔκρυπτ': in reliquis vero infeliciter versatur. Sensus loci, opinor, postulat ut scribamus:

Ἔκρυπτ' ἄνωθεν ΑΝΘΡΑΚΑΣ ΚΑΘΕΙΜΕΝΟΣ.

Occultavit desuper carbones demittens. Manus scilicet et pedes (quibus homo a bestiis, quae vescendo sunt, manifestissime distinguitur) sub carbonibus abscondit Atreus, ne ex illis dolus pateret. Καθειμένος autem idem valet ac καθεικὼς, ut saepius apud Lucianum: τὸν πώγωνα ΚΑΘΕΙΜΕΝΟΣ. Vide Indicem Reitzii in v. πώγων[b].

[a] Secundum Tyrwhittum distinguit Hermannus.

[b] Non optime Graece dicitur πώγωνα καθειμένος. Rectius Euripides καθεῖσα πρὸς γαῖαν γόνυ Hec. 561. ἐξ ἐπικράνων κόμας ξανθὰς καθεῖναι Iph. T. 52. εἰς γῆν γόνυ καμάτῳ καθεῖσαν ibid. 333. καθεῖσαν εἰς ὤμους κόμας Bacch. 694. εἰς αὐτὸ χείλη καθῆκαν Ion. 1200. Simili modo dicendum ὀφρῦς ἐπηρκὼς seu ἀνεσπακὼς potius quam ἐπηρμένος seu ἀνεσπασμένος. Siquidem activa forma utuntur boni scriptores, quoties de parte corporis agitur. Quod ad ἄνθρακας καθειμένος attinet,

V. 1634.

Γύναι, σὺ τοὺς ἥκοντας ἐκ μάχης νέον
Οἰκουρὸς εὐνὴν ἀνδρὸς αἰσχύνουσ' ἅμα,
Ἀνδρὶ στρατηγῷ τόνδ' ἐβούλευσας μόρον.

Stanleius legit, ΤΟΥΔ' ΗΚΟΝΤΟΣ[a]. Sed malim ΤΩΙΔ', ut constructio sit ἅμα τῷδε, *una cum hoc*, i. e. Aegistho.

V. 1661.

Αἴγ. Ἀλλὰ κἀγὼ μὴν πρόκωπος οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν.
Χο. Δεχομένοις λέγεις θανεῖν σε· τὴν τύχην δ' ἐρούμεθα.

Scholiastes interpretatur: τὴν τύχην] ΤΟΝ ΟΙΩΝΟΝ δηλονότι. Recte. Et ideo scribendum existimo, τὴν τύχην δ' ΑΙΡΟΥΜΕΘΑ[b].

ΧΟΗΦΟΡΟΙ. V. 343.

Haec omnia ad v. 369. Monostrophica vulgo dicuntur, et Electrae tribuuntur: sed, opinor, perperam. Priora enim ad v. 351. Strophen conficiunt, et *Oresti* tribuenda sunt: media a v. 352. ad v. 360. sunt *Chori:* posteriora autem sola, quae prioribus ἀντιστρέφουσιν, Electrae[c].

vereor ut quisquam ita loquutus sit. Apud Euripidem Hel. 1061. recte καθήσομεν Heathius et Musgravius. De Aeschyli versu nihil praeter conjecturas proferre possum.

[a] Consentiunt recentiorum plerique.

[b] Ita jam Canterus aliique. Pro θανεῖν reponendum videtur κτανεῖν. Frequentissima horum verborum confusio.

[c] Plus Tyrwhitto vidit Hermannus, qui totum carmen a v. 343. usque ad v. 476. aut recte aut non multo secus disposuit in capite septimo Observationum Criticarum in

V. 378.

Haec quoque ad v. 397. quae vulgo Monostrophica dicuntur, in tres partes distribui debere videntur, ita ut pars prima ad v. 382. sit Strophe, et ab *Oreste* dicatur; pars tertia a v. 392. Antistrophe, ab *Electra* proferenda: medii autem novem versus a *Choro* intercinantur.

V. 398—402.

Hi Anapaesti sunt *Chori;* sequentia autem Orestis, usque ad v. 407.

V. 455.

Ἐγὼ δ' ἐπιφθέγγομαι κεκλαυμένα·——

Hic, opinor, loquitur *Orestes*; et ideo pro κεκλαυμένα (*flens*) legendum est κεκλαυμένᾳ (*flenti*). Quae sequuntur a v. 461. *Chori* esse vidit *Stanleius.*

V. 481.

Οὕτω γὰρ ἄν σοι δαῖτες ἔννομοι βροτῶν——

Hic et duo sequentes versus sunt *Orestis*[a].

V. 495.

Ἤτοι δίκην ἴαλλε σύμμαχον φίλοις,——

Hic etiam versus et duo sequentes sunt *Orestis*[b]. Caetera sunt Electrae usque ad v. 507.

Αὐτὸς δὲ σώζῃ τόνδε τιμήσας λόγον,

ubi vel ΣΩΖΕ vel ΣΩΖΗΙΣ scribendum esse credo.

quosdam locos Aeschyli et Euripidis.

[a] Consentiunt Schützius et Butlerus.

[b] Hic etiam consentiunt iidem viri docti.

V. 508.

Καὶ μὴν ἀμόμφητον δέ τινα τὸν λόγον
Τίμημα τύμβου τῆς ἀνοιμώκτου τύχης·
Τὰ δ' ἄλλ', ἐπειδὴ δρᾷν κατώρθωσαι φρενὶ,
Ἔρδοις ἂν ἤδη, δαίμονος πειρώμενος.

Ut metro et sensui consulatur legendum est, opinor:

Καὶ μὴν ἀμόμφητον ΓΕ ΤΕΙΝΑΙ τὸν λόγον.

Et certe quidem inculpatum esset *extendere sermonem.* Canterus emendabat, Καὶ μὴν ἀμεμφῆ τόνδε τίμα τὸν λόγον. Quod nihili est[a]. Idem hos versus *Choro* tribuit, non male; sed potius ***Pyladis*** esse judico. Locus simillimus est apud Euripid. Iphig. T. v. 902. ubi itidem reponenda est ***Pyladis*** persona:

Τὸ μὲν φίλους ἐλθόντας εἰς ὄψιν φίλων, κ. τ. λ.

Haec vulgo a Choro dicuntur.

V. 526.

Ὀρ. Καὶ πῇ τελευτᾷ καὶ καρανοῦται λόγος;
Χο. Ἐν σπαργάνοισι παιδὸς ὁρμίσαι δίκην
Τινὸς βορᾶς χρῄζοντα, νεογενὲς δάκος.
Αὐτὴ προσέσχε μαζὸν ἔν τ' ὀνείρατι.

Ita vulgo repraesentantur hi versus; qui tamen nisi multum fallor, sic potius scribendi sunt:

Χο. Ἐν σπαργάνοισι παιδὸς ὁρμίσαι δίκην.
Ὀρ. Τίνος βορᾶς χρῄζοντα, νεογενὲς δάκος;
Χο. Αὐτὴ προσέσχε μαζὸν ἐν τῷ 'νείρατι[b].

[a] Vide Porsonum Suppl. Praef. ad Hec. p. xxxvi.

[b] Ita, vel potius ἐν τὠνείρατι, Stanleius aliique. Mihi non

V. 728—731.

Ἔοικεν ἀνὴρ[a] ὁ ξένος τεύχειν κακὸν, κ. τ. λ.

Frustra inducitur Οἰκέτης, ut hos quatuor versus proferat, qui multo melius *Choro* conveniunt.

V. 848—850.

Haec etiam sunt verba *Chori*, quae tamen vulgo Ἀγγέλῳ τινὶ perperam tribuuntur.

V. 863.

Ἦ πῦρ καὶ φῶς ἐπ' ἐλευθερίᾳ
Δαΐων, ἀρχάς τε πολισσονόμους.
Ἕξει πατέρων μέγαν ὄλβον.

Ita vulgo scribuntur hi versus. Δαΐων autem redditur *taedarum*, quasi esset pro δαΐδων. Legendum autem est ΔΑΙΩΝ, *Accendens*[b]. Et omnia continuo sermone sic interpretanda: *Vel ignem et lumen ob libertatem accendens habebit* (Orestes scilicet) *patrum magnas divitias et imperia civitatem-regentia.* Eadem imagine utitur Clytaemnestra in Agam. v. 1444.

Ἕως ἂν ΑΙΘΗΙ ΠΥΡ ἐφ' ἑστίας ἐμῆς
Αἴγισθος,——

V. 1044.

Ἀλλ' εὖτε πράξας, μηδ' ἐπιζευχθῇ στόμα

displicet ἔν γ' ὀνείρατι. Versum superiorem non attingo.

[a] Typographi errore, ni fallor, Tyrwhittus ἄνηρ.

[b] Ita Porsonus, qui ἀρχαῖς τε πολισσονόμοις. Superiorum verborum ordo est: νῦν γὰρ ἢ μέλλουσι κ. τ. ἑ. Quo exemplo uti potuissem ad Med. 820, 1.

Φῆμαι πονηραὶ, μηδ' ἐπιγλωσσῶ κακά·
Ἐλευθερώσας πᾶσαν Ἀργείην πόλιν,
Δυοῖν δρακόντοιν εὐπετῶς τεμὼν κάρα.

Hi quatuor versus *Choro* omnino tribuendi sunt, non, ut vulgo, Oresti. Chorus scilicet in his Orestem solatur. Duo primi sic, opinor, emendandi sunt:

Ἀλλ' ΕΥ Γ' ΕΠΡΑΞΑΣ· μηδ' ἐπιζευχθῇ στόμα
ΦΗΜΑΙΣ ΠΟΝΗΡΑΙΣ, μηδ' ἐπιγλωσσῶ κακά.

At bene quidem fecisti: neque vinciatur os rumoribus pravis, neque lingua-ominare mala. Liberavisti &c. non *liberans*, ut vulgo. Stanleius volebat, φήμᾳ πονηρᾷ. Sed Dorismus in diverbiis tragicis ferri non potest. Verbi ἐπιγλωσσῶ vim optime illustrat Hesychius ex ipso Aeschylo: Ἐπιγλωσσῶ, ἐποιωνίζου διὰ γλώττης· Αἰσχύλος Ἡρακλείδαις. Vide etiam Prom. v. 927.[a]

ΕΥΜΕΝΙΔΕΣ. V. 95.

Ἐγὼ δ' ὑφ' ὑμῶν ὧδ' ἀπητιμασμένη
Ἄλλοισιν ἐν νεκροῖσιν, ὡς μὲν ἔκτανον,
Ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἐκλείπεται,
Αἰσχρῶς δ' ἁλῶμαι.

Legendum credo: ΩΝ μὲν ἔκτανον, Ὄνειδος—*Opprobrium illorum, quos interfeci*[b].

[a] Porsonus: Ἀλλ' εὖγε πράξας, μήτ' ἐπιζευχθῇς στόμα | φήμαις πονηραῖς, μήτ' ἐπιγλωσσῶ κακά.

[b] Ita Wakefieldius aliique.

V. 424.

Εὐ. Βροτοκτονοῦντας ἐκ δόμων ἐλαύνομεν.
Ἀθ. Καὶ τῷ κτανόντι τοῦτο τέρμα τῆς σφαγῆς;
Εὐ. Ὅπου τὸ χαίρειν μηδαμοῦ νομίζεται.

Ex Eumenidum responso Minervae interrogationem sic refingendam esse suspicor:

Καὶ τῷ κτανόντι ΠΟΥ τὸ τέρμα τῆς ΦΥΓΗΣ;

Φυγῆς pro σφαγῆς scribendum esse vidit Stanleius[a].

V. 478.

ΟΠΩΣ δ' ἄμομφον ὄντα σ' αἱροῦμαι πόλει·
Αὗται δ' ΕΧΟΥΣΙ μοῖραν οὐκ εὐπέμπελον.
ΚΕΙ μὴ τυχοῦσαι πράγματος νικηφόρου
Χωροῖεν αὖθις, ἰὸς ἐκ φρονημάτων
Πέδῳ πεσὼν ἄφερτος αἰανὴς νόσος.

Ita hos versus scribendos esse credo. V. 478. vulgo ὅμως. V. 479. vulg. ἔχουσαι[b]. V. 480. vulg. καί.

V. 483.

Τοιαῦτα μὲν τάδ' ἐστὶν ἀμφότερα μένειν,
Πέμπειν δὲ δυσπήματ' ἀμηχάνως ἐμοί.

Versum posteriorem sic interpretatur Scholiastes: πέμπειν αὐτὰς ΑΜΗΝΙΤΩΣ, δυσχερές ἐστιν ἐμοί. Unde illum ἀμηνίτως pro eo quod hodie est ἀμηχάνως legisse suspicor. Editio autem Turnebi pro δυσπήματ', quae vox nihili est, habet δυσσήματ'[c]. Totum igitur versum sic refingendum arbitror:

Πέμπειν ΤΕ ΔΥΣΣΗΜΑΝΤ' ΑΜΗΝΙΤΩΣ ἐμοί.

[a] Recentiores etiam ποῦ τὸ τέρμα magno consensu.

[b] Membranae Laur. ἔχουσι.

[c] Sic etiam Aldina.

Talia quidem haec sunt utraque, quomodo maneant, Et quomodo eas dimittam sine offensione mei, conjectura-assequi-difficilia. Σημαίνομαι idem valet ac στοχάζομαι: Δυσσήμαντα ac δυστόχαστα.

V. 499.

Πολλὰ δ' ἔτυμα παιδότρωτα
Πάθεα προσμένει τοκεῦ-
σι, μετά τ' αὖθις ἐν χρόνῳ.

In versu priore Stanleius emendabat ἄτιμα, sed frustra. Legendum est, nisi fallor, ΕΤΟΙΜΑ [a].

ΙΚΕΤΙΔΕΣ. V. 41.

Νῦν δ' ἐπικεκλόμεναι
Δῖον πόρτιν, ὑπερ-
πόντιον τιμάορ', ἰνίν τ'
Ἀνθονόμου τᾶς προγόνου
Βοὸς——

Sensus suadet ut legamus ΔΙΑΝ πόρτιν, *Divinam juvencam.* Chorus enim primo *matrem* invocat, deinde *filium* [b].

V. 46.

——ἐπωνυμία δ'
Ἐπεκραίνετο μόρσιμος αἰὼν
Εὐλόγως·

[a] Utraque conjectura metro repugnat.

[b] Epaphum Δῖον πόρτιν appellari v. 319. monet Butlerus.

Ἔπαφόν τε γέννας ἐ-
όντ' ἐπιλεξαμένα,—

Posteriora sic reddit interpres: *Epaphumque ejusdem generis Invocans quoque.* Malim totum locum sic ordinare:

——ἐπωνυμίᾳ δ'
Ἐπεκραίνετο μόρσιμος αἰὼν
Εὐλόγως,
Ἔπαφόν τε ΓΕΝΝΑΣΕ.
Ὅν τ' ἐπιλεξαμένα,——
Epaphumque generavit.
Quem etiam invocans, &c. [a]

V. 299.

Χο. Κλῃδοῦχον Ἥρας φασὶ δωμάτων ποτὲ
Ἰὼ γενέσθαι τῇδ' ἐν Ἀργείᾳ χθονὶ,
Ἥν, ὡς μάλιστα καὶ φάτις πολλὴ κρατεῖ.

Stanleius voluit: Ἰὼ ΜΙΓΕΣΘΑΙ—Ζῆν'——Sed omnia recte se habebunt, opinor, si versus hi sic distribuantur:

Χο. Κλῃδοῦχον Ἥρας φασὶ δωμάτων ποτὲ
Ἰὼ γενέσθαι τῇδ' ἐν Ἀργείᾳ χθονί.
Βα. Ἥν, ὡς μάλιστα καὶ φάτις πολλὴ κρατεῖ.

Deinde in sequentibus duodecim versibus Personae sic immutandae sunt, ut ea, quae *Rex* vulgo dicit, a *Choro* dicantur, et vice versa. Horum ultimus igitur v. 313. erit *Regis:*

Βοηλάτην μύωπα κινητήριον·

[a] Membranae Laur. ἔπαφον Hodie omnes ἐγέννασεν. δ' ἐγέννασ' ἐ | όντ' ἐπιλεξαμένα.

Sequens autem *Chori:*

Οἶστρον καλοῦσιν αὐτὸν οἱ Νείλου πέλας.

V. 320.

Χο. Ἔπαφος ἀληθῶς ῥυσίων ἐπώνυμος·
Λιβύη μέγιστον τῆσδε γῆς καρπουμένη.

Inter hos versus unum intercidisse, in quo *quaesierat Rex, quae fuit Epaphi proles,* recte monuit Stanleius. Λιβύη, ἡ χώρα, λέγεται ἀπὸ Λιβύης, τῆς Ἐπάφου καὶ Μέμφεως θυγατρός. Schol. in Lycophr. v. 894. In sequentibus autem plurima turbantur:

Βα. Τίν' οὖν ἔτ' ἄλλον τῆσδε βλάστημον λέγεις;
Χο. Βῆλον δίπαιδα, πατέρα τοῦδ' ἐμοῦ πατρός.
Βα. Τὸ πάνσοφον νῦν ὄνομα τοῦτό μοι φράσον.
Χο. Δαναὸς δ' ἀδελφός ἐστι πεντηκοστόπαις·
Καὶ τοῦ γε Δαναοῦ τοὔνομ' εὐφώνῳ λόγῳ
Αἴγυπτος.

Posteriora sic refingenda esse conjicio:

Βα. ΤΟΥ ΠΑΝΣΟΦΟΥ νῦν ὄνομα ΤΟΥΤΟΥ μοι φράσον.
Χο. ΤΟΥΤΟΥ γε Δαναὸς τοὔνομ' εὐφώνῳ λόγῳ.
ΔΑΝΑΟΥ δ' ἀδελφός ἐστι πεντηκοστόπαις
Αἴγυπτος[a].

V. 359.

Βα. Ὁρῶ κλάδοισι νεοδρόποις κατάσκιον
Νέον θ' ὅμιλον τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν.

Legendum suspicor:

[a] Longe melius Porsonus: ΒΑ. Τὸ πάνσοφον νῦν ὄνομα τοῦτό μοι φράσον. | ΧΟ. Δαναός. ἀδελφὸς δ' ἐστὶ πεντηκοντόπαις. ΒΑ. Καὶ τοῦδ' ἄνοιγε τοὔνομ' εὐφώνῳ λόγῳ. Membranae Laur. καὶ τοῦ δαναοί γε τοὔνομ' ἀφώνοι λόγοι.

ΝΕΩΝ Θ', ὅμιλον τῶνδ' ἀγωνίων θεῶν.

Coetum Deorum, *et templum.* Constructic quidem scabra, sed Aeschylo non inusitata[a].

V. 479.

Ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὔπορον
Τοδ' ἐσβέβηκε, κοὐδαμοῦ λιμὴν κακῶν.

Lego: ΕΣΒΕΒΗΚΑ[b].

V. 1013.

Πρὸς ταῦτα μὴ πάθωμεν ὧν πολὺς πόνος,
Πολὺς δὲ πόντος οὖν ἐκληρώθη δορί.

Legendum arbitror: ΟΥΝΕΚ 'ΕΠΛΗΡΩΘΗ. Ἐπληρώθη δορὶ, *nave confectum est.* Sic Eurip. Or. v. 54.

Λιμένα δὲ Ναυπλίειον ΕΚΠΛΗΡΩΝ πλάτῃ[c],—

[a] Utinam exempla dedisset.

[b] Ita Butlerus ex Aldino ἐσέβηκα.

[c] Recentioribus placet Heathii conjectura οὕνεκ' ἠρόθη.

CONJECTURAE

IN

EURIPIDEM.

CONJECTURAE

IN

EURIPIDEM.

ΕΚΑΒΗ. V. 206.

ΕΙΣΟΨΕΙ χειρὸς ἀναρπαστὰν
Σᾶς ἄπο, λαιμότομόν τ' ἀΐδᾳ
Γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότον.

Ita, credo, scribendi sunt hi versus. Vulgo legitur ἀπολαιμότομον una voce[a].

V. 332.

Αἶ αἶ, τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πέφυκ' ἀεὶ,
Τολμᾷ θ' ἃ μὴ χρὴ τῇ βίᾳ κρατούμενον[b].

Hos versus non Choro, sed *Hecubae* tribuendos esse existimo.

V. 831.

Ἐκ τοῦ σκότους γὰρ, νυκτέρων τ' ἀσπασμάτων,
Φίλτρων ὁμοῦ τε, τοῖς βροτοῖς πολλὴ χάρις.

Non dubito quin pro ὁμοῦ τε rescribendum sit ΟΜΟΥΤΑΙ[c]. Vox est Homerica, quam optime il-

[a] Etiam Brunckius e membranis Par. σᾶς ἄπο. Neque dissentit Porsonus.

[b] Apud Euripidem vulgo legitur νικώμενον, quod imprudens mutasse videtur Tyrwhittus, licet κρατούμενον agnoscat Stobaeus.

[c] Sic etiam Reiskius. Longe aliter Porsonus e MSS.

lustrat Eustathius ad Il. Ξ. v. 209. [p. 978, 46.] ΟΜΩΘΗΝΑΙ *φιλότητι.* Τοῦτ' ἔστιν, ὁμοῦ γενέσθαι καὶ ἑνωθῆναι, ἐκ τοῦ ὁμῶ, ὁμώσω, ῥήματος, ὅπερ οἱ παλαιοὶ ἀποδεχόμενοι, φασὶν ὡς οὐκ ἄν τις εἴποι τὴν ἕνωσιν καιριώτερον ἐν λέξει μιᾷ.

V. 854.

Εἴ πως φανείην γ' ὥστε σοι καλῶς ἔχειν,
Στρατῷ τε μὴ δόξαιμι Κασσάνδρας χάριν
Θρῄκης ἄνακτι τόνδε βουλεῦσαι φόνον.

Scribendum est, ut credo: Εἴ πως ΦΑΝΕΙΗ Γ'— *Si quo modo ostendatur* via[a].

ΟΡΕΣΤΗΣ. V. 144.

Ἠλ. Ἁ ἁ, σύριγγος ὅπως πνοὰ
Λεπτοῦ δόνακος, ὦ φίλα, φώνει μοι.

Mirum sane videatur Electram, dum quieti et silentio unice studet, Chorum hortari ut loquatur *velut fistula*, cujus sonus inter acutissimos est. Multa commentantur Scholiastae, ut difficultatem hanc solvant; sed frustra. Scribendum est, nisi fallor: ΦΩΝΕΙΣ, *loqueris.* Haec enim Electra Chorum objurgans ait, qui statim voce summissiore pergit:

Χο. Ἴδ' ἀτρεμαίαν ὡς ὑπόροφον
Φέρω βοάν. Ἠλ. Ναὶ, οὕτω.

V. 231.

Ορ. Αὖθίς μ' ἐς ὀρθὸν στῆσον, ἀνακύκλει δέμας·

[a] Ita scripti et impressi quam plurimi.

Δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες, ἀπορίας ὕπο.

Posterior versus in vulgatis tribuitur *Choro*, sed perperam, cum certissime sit *Orestis*[a].

V. 352.

Ὦ χιλιόναυν στρατὸν ὁρμίσας
Εἰς γῆν Ἀσίαν,——

Ut metrum servetur legendum est: ΟΡΜΗΣΑΣ. quae etiam vox ad sensum multo melius facit[b].

V. 1045.

Ὦ φίλτατ', ὦ ποθεινὸν ἥδιστόν τ' ἔχων
Τῆς σῆς ἀδελφῆς ὄνομα, καὶ ψυχὴν μίαν.

Omnino rescribendum est ΟΜΜΑ pro ὄνομα. Eodem modo erratum est in Iph. A. v. 354.[c]

V. 1468.

Φυγᾷ δὲ ποδὶ τὸ χρυσεοσάνδαλον ἴχνος
Ἔφερεν, ἔφερεν·

Fugiente autem pede &c. reddit Interpres, cui nemo sanus crediderit. Est fortasse qui velit ΠΟΔΟΣ: nec male: ποδὸς ἴχνος idem esset ac πόδα. Ipse autem vix dubito Euripidem scripsisse ΠΟΤΙ, *Dorice* pro πρός. Servus enim hic per totum canticum Δωρίζει. Φυγᾷ ποτὶ—ἴχνος ἔφερεν, *Fugae pedem admovit*[d].

[a] Praetermisit hoc Porsonus.

[b] Ita plerique recentiores.

[c] Vide Porsonus ad v. 1080.

[d] Facius φυγάδι δὲ ποδὶ, Porsono non improbante.

ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ. V. 1288.

Ἢν δ' ὑστερήσῃς, οἰχόμεσθα, κατθανῇ.

Idem versus legitur supra v. 983. et ibi quidem recte. Hic autem sine dubio ejiciendus est[a].

ΜΗΔΕΙΑ. V. 122.

Τὸ γὰρ εἰθίσθαι ζῇν ἐπ' ἴσοισιν,
Κρεῖσσον ἐμοιγ' οὖν, εἰ μὴ μεγάλως,
Ὀχυρῶς τ' εἴη καταγηράσκειν.

Impedita sunt haec, et sic forte expedienda:

Τὸ γὰρ εἰθίσθαι ζῇν ἐπ' ἴσοισιν
Κρεῖσσον ἐμοὶ γοῦν, εἰ μὴ μεγάλως,
Ὀχυρῶς Δ' εἴη καταγηράσκειν[b].

V. 131.

Χο. Ἔκλυον φωνὰν, κ. τ. λ.

Notandum est Chori primum sermonem hic fieri neque in Anapaestis neque in metris Antistrophicis, quod haud temere alibi factum inveniemus, nisi in unica Iphigenia Taurica: nam ibi (ut dudum monui in Emendat. in Eurip.) Monostrophica illa a v. 123. ad v. 136. quae Iphigeniae vulgo dantur, sunt revera Chori. Sequentia autem, quae a Choro in hac scena proferuntur, Antistrophica sunt; Strophe scilicet a v. 148. ad v. 159. et Antistrophe a v. 173. ad v. 183. Corrigenda

[a] Jam ejecerat Grotius MSS. sequutus.

[b] Rectius ὀχυρῶς γ' εἴη Reiskius, quem mutata distinctione sequuntur recentiores.

sunt tamen paucula quaedam, ut metra respondeant. In Stropha sc. v. 152. pro θανάτοιο leg. θανάτου cum Ed. Flor.[a] et v. ult. pro εὐνέταν l. secundam formam Doricam, εὐνάταν[b]. In Antistropha v. 178. et 179. a Nutrice importunissime occupati sunt, quos *Choro* cum reliquis tribuendos suadeo[c]. Sequitur Epodos a v. 204. ad v. 213.

V. 302.

Ἐγὼ δὲ καὐτὴ τῆσδε κοινωνῶ τύχης·
Σοφὴ γὰρ οὖσα, τοῖς μὲν εἴμ' ἐπίφθονος,
Τοῖς δ' ἡσυχαία, τοῖς δὲ θατέρου τρόπου,
Τοῖς δ' οὖν προσάντης· εἰμὶ δ' οὐκ ἄγαν σοφή.

Versum 304. cum nullum prorsus sensum praebeat, tollendum censuit Piersonus; sed potius, opinor, corrigendus est; et fortasse non male sic legamus:

Σοφὴ γὰρ οὖσα τοῖς μὲν εἴμ' ἐπίφθονος,
Τοῖς δ' ΗΣΥΧΑΙΟΙΣ[d], τοῖς δὲ θατέρου τρόπου,
Τοῖσδ' ΑΥ προσάντης·

Οἱ ἡσυχαῖοι sunt, ut credo, qui supra v. 298. appellantur σκαιοὶ, homines scilicet ἰδιῶται. Apud tales igitur ὁ σοφὸς, ut supra, invidiae est obnoxius. Οἱ θατέρου τρόπου, qui sc. τοῖς ἰδιώταις sive ἡσυχαίοις opponuntur, sunt iidem qui modo dicti sunt οἱ δοκοῦντες εἰδέναι τι ποικίλον. His autem ὁ σοφὸς προσάν-

[a] Soli Barnesio debetur θανάτοιο.

[b] Brunckius εὐνήταν. Vulgatam defendit Hermannus Diarii Class. T. xxi. p. 343.

[c] Tyrwhittum sequuntur Brunckius et recentiores.

[d] Legere voluisse videtur: Τοῖς ΗΣΥΧΑΙΟΙΣ.

της, vel, ut supra v. 301. λυπρός. Quod scripsi v. 305. Τοῖσδ' ΑΥ est ex edit. Flor.

V. 1081.

Πολλάκις ἤδη διὰ λεπτοτέρων
Μύθων ἔμολον, καὶ πρὸς ἁμίλλας
Ἦλθον μείζους, εἰ χρὴ γενεὰν
Θῆλυν ἐρευνᾷν.

Omnino legendum videtur μείζους Η χρὴ, *majores quam decet*[a].

V. 1370.

Μή. Οἵδ' οὐκέτ' εἰσί· τοῦτο γάρ σε δήξεται.
Ἰα. Οἵδ' εἰσὶν, οἴμοι, σῷ κάρᾳ μιάστορες.

Interjectio illa οἴμοι frigidissima videtur. Malim,

Οἵδ' εἰσὶν, ΟΙΜΑΙ, σῷ κάρᾳ μιάστορες.

Immo vero *existunt*, ut credo, *tuo capiti daemones infesti.*

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ. V. 490.

Τρ. Τί σεμνομυθεῖς; οὐ λόγων εὐσχημόνων
Δεῖ σ', ἀλλὰ τἀνδρός· ὡς τάχος διϊστέον,
Τὸν εὐθὺν ἐξειπόντας ἀμφὶ σοῦ λόγον.

Vix videas Nutricem in Comoedia, quae εὐθυρρημονεστέρα sit quam haec Phaedrae. *Non verbis speciosis opus est tibi, sed viro.* Ita interpres; recte quidem, ut locus nunc scribitur; sed prorsus ridicule. Euripides autem non solet esse tam

[a] Ita Musgravius ex Par. A.

facetus. Ad ejus mentem, opinor, sic potius legas:

——— οὐ λόγων εὐσχημόνων
Δεῖ σ', ἀλλὰ τἀνδρὸς ὡς τάχος διϊστέον,
Τὸν εὐθὺν ἐξειπόντας ἀμφὶ σοῦ λόγον.

Sed de viro quam citissime dispiciendum est— Τἀνδρὸς ponitur pro περὶ τἀνδρὸς ellipsi satis usitata[a].

V. 513.

Δεῖ δ' ἐξ ἐκείνου δή τι τοῦ ποθουμένου
Σημεῖον, ἢ λόγον τίν', ἢ πέπλων ἄπο
Λαβεῖν,———

Quis autem usus *verbi*, aut *sermonis alicujus*, in incantamento, et quomodo adhibendus? Nihil certe tale novit aut Theocritea illa, aut Virgiliana Pharmaceutica. Diu est quod emendabam—ἢ ΠΛΟΚΟΝ τίν'—neque adhuc poenitet. Similia habet, in re simillima, mulier ap. Lucian. Dial. meretr. T. 3. p. 288. δεήσει δέ τι αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον, ἱμάτια, ἢ κρηπῖδας, ἢ ΟΛΙΓΑΣ ΤΩΝ ΤΡΙΧΩΝ, ἤ τι τῶν τοιούτων. Idem autem est πλόκος ac πλόκαμος, *a lock of hair*. Soph. Ajac. 1198. Αὕτως ὅπωσπερ τόνδ' ἐγὼ τέμνω ΠΛΟΚΟΝ. Eurip. Herc. F. 233. τοῦδε τοὺς ξανθοὺς ΠΛΟΚΟΥΣ Καθημάτωσ' ἄν[b].

[a] Aldus: οὐ λόγων εὐσχημόνων | δεῖ σ', ἀλλὰ τἀνδρὸς εἰς τάχος διοιστέον, κ. τ. ἑ. Recte, ni fallor, post τἀνδρὸς distinguunt recentiores. Sed vereor ne nimis festinanter ὡς τάχος. Considerandum illud εἰς τάχος γράφειν, de quo vide ad Hesychium v. Εἰς κάλλος. Ad διιστέον supplendum videtur τί χρὴ δρᾶν.

[b] Etiam Reiskius πλόκον.

V. 545.

Τὰν μὲν Οἰχαλίᾳ
Πῶλον ἄζυγα λέκτρων,
Ἄνανδρον τὸ πρὶν καὶ
Ἄνυμφον, οἴκῳ
Ζεύξασ' ἀπειρεσίαν δρομάδα,
Τὰν ναΐδ' ὅπως τε Βάκχαν.

Versus ultimus ex pulcherrima Musgravii emendatione scribendus est: Τίν' ἄϊδος ὥστε Βάκχαν[a]. Sed necdum tamen haec omnia sana judico. Quid enim est οἴκῳ ζεύξασ'—*postquam conjunxisset familiae?* Nisi multum fallor, legendum est, ΟΙΤΩΙ ζεύξασ' —*postquam conjunxisset exitio*[b]. Sic infra v. 561. Semele dicitur Νυμφευσαμένα πότμῳ φονίῳ—*nupta fato lethali.*

V. 669.

Χο. Τάλανες, ὦ κακοτυχεῖς γυναικῶν πότμοι,
Τίνα νῦν ἢ τέχναν ἔχομεν ἢ λόγον
Σφαλεῖσαι κάθαμμα λύσειν λόγου;
Φαί. Ἐτύχομεν δίκας, κ. τ. λ.

Nescio sane quo consilio tres priores versus Choro tribuuntur. Tota Antistrophe mihi videtur esse *Phaedrae,* uno ore et spiritu enuntianda.

V. 811.

Ἰὼ ἰὼ τάλαινα μελέων κακῶν.

[a] Rectius Monkius: τὰν Ἄϊδος ὥστε Βάκχαν.

[b] Omnes fere libri οἴκων ξεύξασ', quod frustra mutavit Musgravius. Οἴκων ἀπειρεσίαν eodem sensu quo πάτρας ἄπουρον et similia.

Incommodissime, ut mihi videtur, versui huic et quinque sequentibus praefigitur persona Chori. Omnes sex sine dubio *Theseo* tribuendi sunt. Non mirum, immo satis decorum, est hunc, in hoc casu, in fletus et querimonias paulo vehementiores erumpere. Chori autem officium, si unquam alias, in praesenti rerum statu certe esset regem dolentem et *iratum regere* et *amice consiliari*, non ultro στεναγμὸν κατάρχεσθαι. Et ad hanc sane formam componitur vera oratio Chori v. 834, 5.

Οὐ σοὶ τάδ', ὦ 'ναξ, ἦλθε δὴ μόνῳ κακά·
Πολλῶν μετ' ἄλλων ὤλεσας κεδνὸν λέχος.

Mox postquam Theseus lamentationem suam exhausit, versu demum 852. (ut mihi persuasum est) Chorus lugenti adflet, sed modice et πρεπόντως.

Ἰὼ τάλας, ὦ τάλας, ὅσον κακὸν ἔχει δόμος.
Δάκρυσί μου βλέφαρα
Καταχυθέντα τέγγεται σᾷ τύχᾳ·
Τὸ δ' ἐπὶ τῷδε πῆμα φρίσσω πάλαι.

Superiores quatuor versus, qui Choro vulgo dantur, *Theseo* restituendos esse pene certus sum, cum video quam apte in illis exibit ejus querela.

Ἔρημος οἶκος, καὶ τέκν' ὀρφανεύεται.
Ἔλιπες, ἔλιπες, ὦ φίλα γυναικῶν,
Ἄρίστα θ', ὁπόσας ἐφορᾷ
Φέγγος ἀελίου τε,
Καὶ νυκτὸς ἀστερωπὸς σελάνα[a]

[a] Vide Monkium ad v. 811.

V. 1133.

Τὸν ἀμφὶ λίμνας τρόχον
Κατέχων ποδὶ γυμνάδας ἵππους.

Locus obscurus, quem frustra interpretari tentes. Cogitabam aliquando pro ποδὶ scribendum esse ΠΟΤΙ, (Dorice pro πρὸς,) ita ut ordo constructionis esset haec: Κατέχων γυμνάδας ἵππους ποτὶ τὸν ἀ. λ. τρόχον. Τρόχος idem valet ac δρόμος, *curriculum*. V. Hesych. et Ammon. in v. et observationes Valckenaerii p. 216.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ. V. 72.

—— ὡς ὁ μῦθος ἀνθρώπων ἔχει.

Cave aliquid mutes. Non enim hic agitur de profectione Alexandri ex Phrygia ad Lacedaemonem, (ut Cl. Editor[a] videtur existimare,) sed de *judicio quod ille Deabus reddidisse ferebatur*. Hunc igitur rumorem Agamemnon, ut debuit, *fabulam* vocat.

V. 143.

Εὔφημα θρόει.

Bona verba, quaeso! i. e. *Ne me tam infidum aut ignavum suspiceris, ut aut voluptati aut somno indulgere velim, dum tua mandata exequor.* Haec, opinor, est simplex et vera hujus loci sententia.

V. 219.

Χρυσοδαιδάλτους στομίοισι πώλους.

Malim Χρυσοδαιδάλτοις

[a] Marklandus.

V. 268, 269.

Σὺν δ' Ἄδραστος ἦν
Ταγὸς,———

De Menelao haec intelligenda esse omnino assentior Cl. Editori; sed cur non de illo intelligantur cum nulla, vel saltem levissima, mutatione non video. Scribatur modo ἄδραστος, cum littera prima minuscula, et reddatur (ut secundum analogiam optime reddi potest) *inefficax, ignavus;* et habebimus, opinor, quod Euripides voluit[a]. Euripidi scilicet (ut observavit Cl. Editor) solenne erat Menelaum, et quidem omnia Laconica, in tragoediis suis traducere. Hoc autem fecit, non, ut opinor, quia ipse aliter quam ab Homero edoctus fuisset, de Menelao existimaret, sed quia contumelias qualescunque in principem civitatis aemulae heroëm Atheniensibus suis gratas fore judicavit; et etiam quia per quotidiana gentilis odii irritamenta animos omnium a pace quam longissime abducere speravit. Poëta enim noster cum factione Alcibiadis pro bello semper stetit, ut Aristophanes pro pace; et haec, nisi fallor, inimicitiarum inter eos causa praecipua.

V. 275.

Ταυρόπουν ὁρᾷν.

Dolendum est sane emendationem pulcherrimam Brodaei, qui legit ταυρωπὸν, esse *contra* metrum,

[a] Euripides de Adrasto loquitur, neque ulla caussa est, quare ejus verba de Menelao accipiantur.

cum lectio vulgata ταυρόπουν sensu commodo prorsus careat. *Vultum et cornua* tauri fluviis suis multi appinxerunt poëtae; *pedes* κατ' ἐξοχὴν primus et solus et in uno hoc loco, quod sciam, Euripides.

V. 282.

Εὔρυτος δ' ἄνασσε τῶνδε.
Λευκήρετμον δ' Ἄρη
Τάφιον ἦγεν· ὧν Μέγης
Ἄνασσε, Φυλέως λόχευμα,
Τὰς Ἐχινάδας λιπὼν
Νήσους,——

Quomodo haec intelligi debent non video. Quid enim? Eurytusne Epeis imperabat, et idem *Taphios ducebat, quibus Meges imperabat?* Haec quidem erat vulgata hujus loci constructio. Cl. Editor delevit punctum post ἦγεν, ut constructio esset, Μέγης δὲ—ἦγεν Ἄρη Τάφιον, ὧν ἄνασσε. Et ita quidem sensus recte se habet. Constructionem autem durissimam vitare possumus legendo:

ΛευκηρέτΜΩΝ δ' ΑΡΑ
ΤαφίΩΝ ΗΓΕΜΩΝ Μέγης
Ἄνασσε[a],——

V. 335.

Βούλομαι δέ σ' ἐξελέγξαι· καὶ σὺ μήτ' ὀργῆς ὕπο
Ἀποτρέπου τἀληθὲς, οὔτοι καταινῶ λίαν σ' ἐγώ.

Posteriora corrupta esse omnes viderunt. Scribendum credo:

Βούλομαι δέ δ' ἐξελέγξαι· καὶ σὺ μήτ' ὀργῆς ὕπο

[a] Quid si reponamus εἶδον pro ἦγεν?

Ἀποτρέπου τἀληθὲς, οὔτ' ΕΙ ΚΑΤΑΚΝΑΙΩ λίαν σ' ἐγώ.

Volo autem te convincere: et tu ne prae ira Aversare verum, non si *te nimium* (i. e. valde) *torqueam* [a].

V. 446—50.

Locus hic (si prava interpunctio tollatur) mihi sanissimus videtur, licet viri docti Musgravius et Marklandus aliter judicaverint. Ecce illum, quomodo describi debet:

Ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον·
Καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει,
Ἀνολβά τ' εἰπεῖν· τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν,
Ἅπαντα ταῦτα προστάτην γε τοῦ βίου
Τὸν δῆμον ἔχομεν, τῷ τ' ὄχλῳ δουλεύομεν.

Voces duae, Ἅπαντα ταῦτα, reddendae sunt, *In omnibus his,* subaudito sc. κατὰ, quod usitatissimum est. Oratio autem est ἀνακόλουθος, ut saepissime alias apud Euripidem.

——— *nobilibus autem genere,*
In omnibus his praefectum vitae
Habemus populum,——

Poterat scripsisse—προστάτης γε τοῦ βίου Ὁ δῆμός ἐστι,—sed alterum, opinor, maluit, utpote elegantius.

V. 515.

Οὐκ, εἴ NIN εἰς Ἄργος γ' ἀποστελεῖς πάλιν.

[a] Longe melius Blomfieldius Mus. Crit. Cant. T. I. p. 186. οὔτ' αὖ σ' ἐκτενῶ λίαν ἐγώ. Sed malim οὔτ' οὖν ἐκτενῶ λίαν ἐγώ.

Ex nota Cl. Editoris patet eum τὸ NIN *de exercitu Graecorum* intellexisse dici, et ideo pro εἰς Ἄργος scribere jubet εἰς οἴκους. Quod si τὸ NIN ad Iphigeniam referamus, (ut certissime referre debemus,) emendatio prorsus supervacua erit.

V. 536.

Τοιαῦτα τἀμὰ πήματ'. ὦ τάλας ἐγὼ,
Ὡς ἠπόρημαι. πρὸς θεῶν, τὰ νῦν τάδε
Ἔν μοι φύλαξον, Μενέλεως,——

Ita, credo, interpungendi sunt hi versus. Primo enim dubito an Graece dicatur ἠπόρημαι πρὸς θεῶν— *ad angustias redigor a Diis.* Exemplum certe desidero. Deinde multo melius procedit oratio, si stigma post τάδε tollatur. *Talia sunt mea mala. o me miserum, Qualiter consilii-inops-sum! Per deos, in hoc articulo unum mihi cave, Menelae,—*

V. 592.

Ἴδετ' Ἰφιγένειαν ἄνασσαν ἐμὴν,——

Cl. Editor scribere jubet Ἰφιγέννειαν, cum duplice ν, ut metro scilicet deficienti succurratur. Unde verisimile est eum existimasse *priorem syllabam* in voce Ἰφιγένεια corripi: quod sane mirum videatur alicui, qui non probe perspectam habeat humani ingenii fragilitatem et inconstantiam.

CONJECTURAE

IN

ARISTOPHANEM.

CONJECTURAE

IN

ARISTOPHANEM.

ΑΧΑΡΝΗΣ V. 98.

HIC et in sequentibus Personae male affiguntur. Plurima sane, quae PRAECONI insulsissime tribuuntur, LEGATO potius (qui sc. *Pseudartaban* secum a Rege adduxit) adscriberem, et caetera ad hunc fere modum reformarem:

ΠΡ. Ἄγε δὲ σύ, βασιλεὺς ἅττα σ' ἀπέπεμψεν, φράσον,
Λέξοντ' Ἀθηναίοισιν, ὦ Ψευδαρτάβα.
Ψευ. Ἰαρταμὰν ἐξαρξὰν ἀπισσονασάτρα.
ΠΡ. Ξυνήκαθ', ὃ λέγει; ΔΙ. Μὰ τὸν Ἀπόλλω, γὼ μὲν οὔ.
ΠΡ. Πέμψειν βασιλέα φησὶν ἡμῖν χρυσίον.
Λέγε δὴ σὺ μεῖζον, καὶ σαφῶς τὸ χρυσίον.
Ψευ. Οὐ λῆψιχρυσοχαυνόπρωκτ' Ἰαοναῦ.
ΔΙ. Οἴμοι κακοδαίμων, ὡς σαφῶς. ΠΡ. Τί δ' αὖ λέγει;
ΔΙ. Ὅτι; χαυνοπρώκτους τοὺς Ἰάονας λέγει,
Εἰ προσδοκῶσι χρυσίον ἐκ τῶν βαρβάρων.
ΠΡ. Οὐκ, ἀλλ' ἀχάνας ὅδε γε χρυσίου λέγει.
ΔΙ. Ποίας ἀχάνας; σὺ μὲν ἀλαζὼν εἶ μέγας.
Ἀλλ' ἄπιθ', ἐγὼ δὲ βασανιῶ τοῦτον μόνος.

V. 98. vulg. ΚΗΡΥΞ. V. 101. vulg. ΚΗ. Ξυν. V. 102. vulg. ΚΗ. V. 105. vulg. ΚΗ. Οἴμ. vulg. ΔΙ.

Τί δ'. V. 106. vulg. ΚΗ. Ὅτι. V. 108. vulg. ΔΙ. Οὐκ. V. 109. vulg. ΚΗ. Ποῖ.[a]

V. 108, 9. Ἀχάνη, secundum Scholiastem, est μέτρον τι Περσικόν· secundum Hesychium est μέτρον σίτου ἐν Βοιωτίᾳ, χωροῦν μέδιμνον ἕν. Utcunque sit, penultima longa, immo potius πλατείᾳ, prolatam fuisse non dubito, ita ut ad sonum τοῦ χαν in χαννόπρωκτ' proxime accederet[b].

V. 320.

Dicaeopoli tribuendus est et v. 321. corrigendus ex MS. Pal.

Οἷος αὖ μέλας τις ὑμῖν θυμάλωψ ἐπέζεσεν.
Οὐδ' ἀκούσεσθ', οὐδ' ἀκούσεσθ' ἑτεὸν, ὦ 'χαρνῆΐδαι[c].

V. 346.

Ἐμέλλετ' ἆρα πάντες ἀνασείειν BOHN,
Ὀλίγου τ' ΑΠΕΘΑΝΕΤ', ἄνθρακες Παρνάσσιοι,
Καὶ ταῦτα διὰ τὴν ἀτοπίαν τῶν δημοτῶν.

Ita, credo, refingendus est hic locus. Vulg. βοῆς et ἀπέθανον[d]. Cur autem ἄνθρακες appellentur Παρνάσσιοι difficile erit dicere, nisi tragoediam, quae hic παρῳδεῖται, reperire possimus[e].

V. 399.

—— Δι. Ὦ τρισμακάρι' Εὐριπίδη,

[a] Eodem quo Tyrwhittus modo personas disposuit Brunckius.

[b] Ἀχάνας mediam producere primus monuit Bentleius, quo auctore mutatum ὀδί γε.

[c] Secundum οὐδ' omittunt edd. ante Brunckium, qui v. 320. Dicaeopolidi restituit.

[d] Utrumque recte.

[e] Imo, Παρνήσιοι. Vide meam annotationem.

Ὅθ' ὁ δοῦλος οὑτωσὶ ΣΑΦΩΣ ἀπεκρίνατο.

Omnino legendum est ΣΟΦΩΣ, ut certe legit Scholiastes: Διὰ τοῦ δοκοῦντος ἐπαίνου διαβάλλει τὸν Εὐριπίδην, ὅτι ΔΕΙΝΟΥΣ εἰσάγει τοὺς δούλους ἐν ταῖς τραγῳδίαις[a].

V. 409.

Δι. Εὐριπίδη. Εὐ. Τί λέλακας; Δι. Ἀναβάδην ποιεῖς,
Ἐξὸν καταβάδην; οὐκ ἐτὸς χωλοὺς ποιεῖς.
Ἀτὰρ τί τὰ ῥάκι' ἐκ τραγῳδίας ἔχεις,
Ἐσθῆτ' ἐλεεινήν; οὐκ ἐτὸς ΧΩΛΟΥΣ ποιεῖς.

Repetitio τοῦ ΧΩΛΟΥΣ mihi valde frigida est; praesertim cum frustra referatur ad τὰ ῥάκια. Libenter legerem in v. 412. οὐκ ἐτὸς ΠΤΩΧΟΥΣ ποιεῖς. et sic videtur legisse Scholiastes[b].

V. 508.

Ἐγὼ δὲ μισῶ μὲν Λακεδαιμονίους σφόδρα·
Καὐτὸς ὁ Ποσειδῶν, ὑπὲρ Ταινάρῳ θεὸς,
Σείσας ἅπασιν ἐμβάλοι τὰς οἰκίας.

Non dubito quin rescribendum sit in v. 509. Καὐτοῖς[c].

V. 607.

——— Δι. Αἴτιον δὲ τί
Ὑμᾶς μὲν ἤδη μισθοφορεῖν ἀμηγέπου,
Τωνδὶ δὲ μηδέν';

Ita interpungendus est hic locus[d].

[a] Ita Brunckius auctore Marklando ad Suppl. 639. Consentit MS. Rav.

[b] Ita recte Brunckius. MS. Rav. πτωχοὺς v. 410. χωλοὺς v. 412.

[c] Ita MS. Rav.

[d] Vulgo apud Kusterum: Αἴτιον δὲ τί; | ὑμᾶς μὲν ἤδη μισθοφορεῖν ἀμηγέπου· | τωνδὶ δὲ

V. 793.

Δι. Ἀλλ' οὐχὶ χοῖρος τῇ Ἀφροδίτῃ θύεται.
Με. Οὐ χοῖρος; Ἀφροδίτᾳ μόνᾳ γε δαιμόνων.

Mallem sic:

Οὐ χοῖρος Ἀφροδίτᾳ; μόνᾳ γε δαιμόνων[a].

V. 823.

Με. Δικαιόπολι, Δικαιόπολι, φαντάζομαι.
Δι. Ὑπὸ τοῦ; τίς ὁ φαίνων σ' ἐστίν; οἱ 'γορανόμοι,
Τοὺς συκοφάντας οὐ θύραζ' ἐξείρξετε;

Duo posteriores versus Dicaeopoli totos tribuo[b].

ΙΠΠΕΙΣ. V. 188.

Ἀλ. Ἀλλ' ὦ 'γάθ', οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι,
Πλὴν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέντοι κακὰ κακῶς.

Deest versus cui hi duo respondent. Quoad sensum, hujusmodi fuisse conjicio:

Ἀλλ' ἦ μαθήμασιν πεπαιδευσαι καλῶς[c];

V. 195.

Ἀλ. Πῶς δῆτα φήσ' ὁ χρησμός; Δη. Εὖ, νὴ τοὺς θεοὺς,
Καὶ ποικίλως πως καὶ ΣΑΦΩΣ ᾐνιγμένος.

Reponendum credo ΣΟΦΩΣ. V. ad Acharn. v. 399.[d]

μηδέν' ἐτεόν. Recte quidem μηδέν' ἐτεόν.

[a] Ita Brunckius e MSS.

[b] Edd. pleraeque οἵδ' (vel οἱ δ') ἀγορανόμοι. Quae verba Megarensi vulgo tribuuntur. Porsonam mutavit Brunckius, qui ὦ 'γορανόμοι. Sed longe melius οἱ. Scribendum vero ἀγορανόμοι una voce.

[c] Nihil deesse videtur.

[d] Brunckius σοφῶς e Suida v. Ἠνιγμένος.

V. 319.

ΚΑΙ νὴ Διὰ, κἀμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταυτὸν, ὥστε κατάγελων κ. τ. λ.

Metrum, de quo frustra sollicitus est Kusterus, salvum erit, si τὸ ΚΑΙ, quod plane redundat, deleatur[a].

V. 328—331.

Ἀλλ' ἐφάνη γὰρ ἀνὴρ——

——— ——— ———

Ὅς σε παύσει, ΚΑΙ ΠΑΡΕΣΤΙ, δῆλός ἐστιν αὐτόθεν,

Ἐν πανουργίᾳ τε καὶ θράσει καὶ κοβαλικεύμασιν.

Nihil ad sensum facit ΚΑΙ ΠΑΡΕΣΤΙ, ita ut pro eo scribendum credam Χ' ΥΠΕΡΕΣΤΑΙ[b].

V. 339.

Κλ. Οἴμοι, διαῤῥαγήσομαι. Ἀλ. Καὶ μὴν ἐγώ Σ' οὐ παρήσω.

Litera Σ otiosa est et metrum turbat[c].

V. 422.

Ἀποκρυπτόμενος εἰς ΤΑ ΚΟΧΩΝΑ τοὺς θεοὺς ΑΠΩΜΝΥΟΝ.

Haec ἄμετρα sic in ordinem redigere velim:

[a] Porsonus Suppl. Praef. ad Hec. p. xlv. Κἀμὲ τοῦτ' ἔδρασε ταυτὸ, νὴ Δί', ὥστε κατάγελων. Legendum censeo: Κἀμὲ, νὴ Δί', αὐτὸ τοῦτ' ἔδρασεν, ὥστε καὶ γέλων | πάμπολυν ποῖς δημόταισι καὶ φίλοις παρασχεθεῖν. De qua scriptura copiose disputavi Diarii Class. T. VI. p. 222.

[b] Quanto melius καὶ πάρεισι Brunckius e MSS.

[c] Brunckius: Καὶ μήν σ' ἐγὼ οὐ παρήσω.

Ἀποκρυπτόμενος εἰς ΤΑΣ ΚΟΧΩΝΑΣ τοὺς θεοὺς
ΑΠΩΜΝΥΝ [a].

Sic infra v. 481.——εἴπερ ἀπεκρύψω ποτὲ [b]
Ἐς τὰς κοχώνας τὸ κρέας, ὡς αὐτὸς λέγεις.

V. 635—639.

—————— ταῦτα φροντίζοντί μοι
Ἐκ δεξιᾶς ἀπέπαρδε καταπύγων ἀνὴρ,
Κἀγὼ προσέκυσα· κἆτα τῷ πρωκτῷ θένων,
Τὴν κιγκλίδ' ἐξάραξα, κἀναχανὼν μέγα
Ἀνέκραγον.——

Reddunt interpretes. v. 637, 8. quasi ὁ Ἀλ. *cancellos quosdam curiae podice prefregerit*, quod non intelligo [c]. Mihi locus depravatus videtur. Dixerat nimirum Tragicus aliquis ΤΟΥ ΣΤΟΜΑΤΟΣ θένων Τὴν κιγκλίδ' ἐξάραξα: unde Aristophanes hic πεπαρῴδηκεν (ad personam Allantapolae satis commode): τοῦ πρωκτοῦ θένων Τὴν κιγκλίδ' ἐξάραξα. Nec multum sane abludit κιγκλὶς στόματος ab Homerico illo ἕρκος ὀδόντων.

V. 922.

Ἐγὼ γὰρ εἰς τοὺς πλουσίους
Σπεύσω σ' ὅπως ἂν ἐγγραφῇς.

Omnino legendum est ἐγγράφῃ, *ut scribaris in classe divitum* [d].

[a] Ita Brunckius. De ἀπώμνυν vide meam annotationem ad Med. 729.

[b] Kusteri ed. cum plerisque aliis τότε. Rav. ποτὲ ut Tyrwhittus.

[c] Haec a Tyrwhitto profecta miror.

[d] An ignoravit Tyrwhittus, quid inter ἐγγράφῃς et ἐγγραφῇς interesset? Hoc habent libri quos vidi omnes.

V. 1389.

Πῶς ἔλαβε ταύτας ἐτεόν;

Immo, nisi multum fallor, legendum est:

Πῶς ἔλαβες αὐτὰς——[a]

V. 1395.

Ἐπὶ ταῖς πύλαις ἀλλαντοπωλήσει μόνος,——

Quid? *solus* Cleon ad portas botulos vendet? Non credo; ideoque malim scribere:

Ἐπὶ ταῖς πύλαις ἀλλαντοπωλήσ' ΗΜΕΝΟΣ[b].

ΝΕΦΕΛΑΙ. V. 1369.

Ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς,
Ψόφου πλέων, ἀσύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν.

Interpretes reddunt: *Ego enim Aeschylum praecipuum judico e poëtis, streperum, incompositum, &c.* Sed quis credat Pheidippidem revera Aeschylum primum poëtarum judicasse, quem talibus epithetis onerat, et simul aliquod ex ejus carminibus canere recusat[c]? Sententiae, opinor, succurrendum est scribendo:

Ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς,
Ψόφου πλέων, ἀσύστασον, στόμφακα, κρημνοποιόν;

Ego enim judicem Aeschylum primum poëtarum, &c.? interrogative.

[a] Ita Brunckius. MSS. πῶς ἔλαβες ταύτας ἐτεόν.

[b] Reiskio placuit ἀλλαντοπωλήσει μόνον. Sed vulgata sana videtur.

[c] Εἰρωνεύεται Phidippides.

ΣΦΗΚΕΣ. V. 701.

Βούλονται γάρ σε πένητ' εἶναι, καὶ ΤΟΥΤΩΝ ΕΝΕΚ' ΕΡΡΩΣΟ·
Ἵνα γινώσκῃς τὸν τιθασευτήν·

"Non capio horum verborum sensum (sc. τούτων ἕνεκ' ἔρρωσο); sed neque numeri sibi constant." Ita Florens Christianus, cujus solius notas in hanc fabulam habemus in Editione Kusteriana. Et hactenus crisin ejus omnino probo; quae autem addit quasi locum emendaturus, plane nihili sunt. Nisi multum fallor, scribendum est:

Βούλονται γάρ σε πένητ' εἶναι· καὶ τοῦθ' ὧν εἵνεκ', ἐρῶ σοι·
Ἵνα γινώσκῃς τὸν τιθασευτήν·

Volunt enim te pauperem esse, (et hoc cujus gratia faciunt, tibi dicam,) *Ut scilicet agnoscas* &c.[a]

V. 757—760.

Βδε. Ἴθ', ὦ πάτερ, πρὸς τῶν θεῶν ἐμοὶ πιθοῦ.
Φι. ΤΙ ΠΕΙΘΟΜΑΙ ΣΟΙ; λέγ' ὅ, τι βούλει πλὴν ἑνός.
ΒΔΕ. Ποίου; φέρ' ἴδω. ΦΙ. Τοῦ μὴ δικάζειν. τοῦτο δὲ
Αἴδης διακρινεῖ πρότερον ἢ 'γὼ πείσομαι.

Ita, credo distribuendi sunt hi versus[b]. Quinetiam in v. 758. magis hellenice, opinor, scriberetur ΤΙ ΣΟΙ ΠΙΘΩΜΑΙ[c]; V. 758. vulgo Βδ. Λέγ'. V. 759. Φι. Ποί. Βδ. Τοῦ. et Φι. Τοῦτο.

[a] Ita MS. Rav. neque longe aliter A. apud Brunckium, qui: καὶ τοῦθ', ὧν οὕνεκ', ἐρῶ σοι.

[b] Ita post Berglerum Brunckius.

[c] Sic etiam Bentleius apud

V. 900.

ΚΗ. Σίγα, κάθιζε. σὺ δ' ἀναβὰς κατηγόρει.

Personae in hac scena saepius turbantur; neque enim Κήρυκα, neque Θεσμοθέτην, in theatrum prodiisse crediderim, sed omnium partes pro re nata Βδελυκλέων et Οἰκέτης agunt. Hic igitur, opinor, BDELYCLEO quasi PRAECO, silentium indicit; et deinde in propria persona Servo imperat, ut accusatoris partes suscipiat. Unde persona τοῦ θεσμοθέτου irrepserit plane nescio, cum nihil ex illis, quae hic aguntur, quantum memini, magistratui tali conveniat [a]. Ad v. 902. et seq. ubi accusatio peragitur, ponendus est ΟΙΚΕΤΗΣ.

V. 907—912.

Φι. Νὴ τὸν Δί', ἀλλὰ δῆλός ἐστ'. ἔμοιγέ τοι
Τυροῦ κάκιστον ἀρτίως ἐνήρυγεν
Ὁ βδελυρὸς οὗτος. ΟΙ. Κοὐ μετέδωκ' αἰτοῦντι μοί.
Καίτοι τίς ὑμᾶς εὖ ποιεῖν δυνήσεται,
Ἢν μή τι κἀμοί τις προβάλλῃ τῷ κυνί;
ΦΙ. Οὐδὲν μετέδωκεν οὐδὲ τῷ κοινῷ γ' ἐμοί.

Ita hos versus distribuendos judico. V. 909. vulgo ΟΙ. deest. V. 912. vulgo Θε. [b]

V. 930.

ΘΕ. Αὐτὸς καθελοῦ· κ. τ. λ. Haec, opinor, tribuenda

Kiddium ad Dawesii Misc. Crit. p. 218.

[a] Thesmothetae, cujus partes agit Bdelycleo, certe conveniunt versus 889—892. quibus εἰσάγεται ἡ γραφή. Eidem tribuo versus 886. 887. 894. 897. 900. Aliter Brunckius.

[b] Paullo aliter Brunckius.

sunt *Bdelycleoni* usque ad v. 934. incl.

Ἀλλ' ἔτι σύ γ' οὐρεῖς, καὶ καθίζεις οὐδέπω.

Qui sequitur autem versus omnino *Philocleonis* est:

Τοῦτον δέ γ' οἶμ' ἐγὼ χεσεῖσθαι τήμερον.

V. 956—960.

ΘΕ. Ἄκουσον, ὦ δαιμόνι', ἐμοῦ τῶν μαρτύρων.
Ἀνάβηθι, τυρόκνηστι, κ. τ. λ.

Haec omnia sunt *Bdelycleonis* συνηγοροῦντος τῷ Λάβητι.

V. 984.

Βδε. Φέρε νῦν ΣΕ ΤΗΝΔΙ τὴν ταχίστην ΠΕΡΙΑΓΩ.

Operam lūdat, opinor, qui haec explicare conetur[a]. Corrupta esse suspicor, et fortasse sic corrigenda:

Φέρε νῦν ΣΥ ΤΟΝΔΙ τὴν ταχίστην ΠΕΡΙΑΓΕ.

Bdelycleo, clam patre, servum alloquitur: *Age nunc tu huncce* (καδίσκον sc. τὸν ὕστερον) *quam celerrime circumducas* (ita sc. ut in locum τοῦ προτέρου substituatur). Hoc facto, Philocleo decipitur, et calculum ponit in cado posteriore, dum in priore se ponere putat. V. Xenoph. Hellen. L. 1. p. 263. [I. 7, 9.] Post τὴν ταχίστην subintelligere debemus ὁδὸν, ut ap. Diod. Sic. L. 13. P. 356. Ed. H. Steph. Εἰς δὲ Θρᾴκην πρὸς Θρασύβουλον καὶ Θηρα-

[a] Nihil difficultatis hic video. Judices suffragia laturi relictis subselliis ad urnas in medio positas accedebant. Vide omnino v. 348. Ceterum pro τηνδὶ repone τηδί. Idem error apud Aeschylum Suppl. 264.

μένην ἔπεμψαν τριήρεις, παρακαλοῦντες μετὰ τοῦ στόλου τὴν ταχίστην ἥκειν. V. etiam p. 351. ἄγειν τὴν ταχίστην, et Xenoph. Hellen. L. 1. p. 262. Mem. L. 1. p. 419.

V. 1044.

Ὁ δὲ ποιητὴς οὐδὲν χείρων παρὰ τοῖσι σοφοῖς νενόμισται,
ΕΙΠΕΡ ΕΛΑΥΝΩΝ τοὺς ἀντιπάλους, τὴν ἐπίνοιαν ξυνέτριψεν.

Scholiastes, inter alia, haec habet: ἔνιοι δέ φασιν, ὅτι ἀπὸ τῶν διατριβόντων τὰ ἅρματα μεταφορὰν ἐδέξατο· ἐπειδὴ πρὸς τὸ ΠΑΡΕΛΑΥΝΩΝ ἐπήνεγκε τὸ ξυνέτριψε. Quae quidem verissime dicta autumo, et idcirco legendum in v. 1045.

Εἰ ΠΑΡΕΛΑΥΝΩΝ τοὺς ἀντιπάλους, κ. τ. λ.[a]

V. 1046.

Ἀλλὰ τὸ λοιπὸν τῶν ποιητῶν,
Ὦ δαιμόνιοι, τοὺς ζητοῦντας
ΚΟΙΝΟΝ τι λέγειν, κἀξευρίσκειν,
Στέργετε μᾶλλον,———

At vero ΚΟΙΝΑ invenire et dicere quae tandem laus est? Supra. v. 1039. seipsum rectius praedicavit quasi ΚΑΙΝΟΤΑΤΑΙΣ σπείροντα διανοίαις, et hic igitur reponendum suspicor:

ΚΑΙΝΟΝ τι λέγειν κ. τ. λ.[b]

V. 1225.

———Φι. Ἐγὼ δέ γε

[a] Consentit Brunckius. [b] Ita Brunckius e MSS.

Ἐάν γ' ἀπειλῇ, νὴ Δί', ἕτερον ᾄσομαι·
" Ὦ 'νθρωφ', οὗτος ὁ μαινόμενος, τὸ μέγα κράτος,
" Ἀνατρέψεις ἔτι[a] τὰν πόλιν· ἃ δ' ἔχεται ῥοπᾶς."

Ita lego deleta persona Chori. Omnia enim sunt Philocleonis; qui, secundum Scholiastem, ἐκ τῶν ΑΛΚΑΙΟΥ παρῳδεῖ εἰς Κλέωνα, ὡς μαινόμενον. Vulgo v. 227. ΧΟ. Ὦ 'νθρωφ'. Sequentia autem, quae etiam vulgo Choro tribuuntur, sunt *Bdelycleonis*.

Τίδ', ὅταν Θέωρος πρὸς ποδῶν κατακείμενος
Αἴδει, Κλέωνος λαβόμενος τῆς δεξιᾶς,
" Ἀδμήτου λόγον, ὦ 'ταῖρε, μαθὼν, τοὺς ἀγαθοὺς
" φίλει,"
Τούτῳ τί λέξεις σκολιόν;

Integrum Scolium, quod Theorus hic cantare fingitur, extat ap. Athenaeum L. 15. [p. 695. C.]

Ἀδμήτου λόγον, ὦ 'ταῖρε, μαθὼν, τοὺς ἀγάθους φίλει,
Τῶν δειλῶν δ' ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλοῖς ὀλίγα χάρις.

V. 1232.

Respondet *Philocleo*: ΑΔΙΚΟΣ ἐγώ.

" Οὐκ ἔστιν ἀλωπεκίζειν,
" Οὐδ' ἀμφοτέροις γίγνεσθαι φίλον."

Vocem ΑΔΙΚΟΣ, quae neque metro neque sensui convenit, ejiciendum esse non dubito; quae vero in ejus locum substituenda sit, sine ope Codd. MSS. repertam iri vix spero. Cogitabam aliquando (nec adhuc poenitet) ΑΛΩΠΕΚΟΣ Γ' ἐγώ. Quidni enim Scolium hocce ΑΛΩΠΕΚΟΣ vocetur, eodem jure quo alia sub nominibus ΑΡΜΟ-

[a] Tyrwhittus ταχα pro ἔτι.

ΔΙΟΥ, ΑΔΜΗΤΟΥ, ΤΕΛΑΜΩΝΟΣ, ΚΛΕΙΤΑΓΟΡΑΣ passim citantur? nominibus scilicet, non *ex auctore*, sed, *ex materia*, unicuique impositis [a].

V. 1235.

Βδε. Μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης ὁ Σέλλου δέξεται,
Ἀνὴρ σοφὸς καὶ μουσικὸς, κᾆτ' ᾄσεται·
" Χρήματα καὶ ΒΙΑΝ
" Κλειταγόρᾳ τε κᾳ-
" μοὶ μετὰ Θετταλῶν."
Φι. Πολλὰ δὲ ΔΙΕΚΟΜΙΣΑΣ σύ τε κᾳγώ.

Hujus Scolii meminit etiam in Lysist. v. 1239. εἰ μέν γε τις Αἴδοι Τελάμωνος, ΚΛΕΙΤΑΓΟΡΑΣ ᾄδειν δέον· et etiam Cratinus ἐν Χείροσιν ap. Schol.

ΚΛΕΙΤΑΓΟΡΑΣ ᾄδειν ὅταν Ἀδμήτου μέλος αὐλῇ.

Neque vero eidem Scholiastae, aut Suidae in v. crediderim, qui Cleitagoram quasi poëtriam, hic Laconicam, ille autem Thessalam, nobis venditaret. Hesychius rectius: Κλειταγόρα, ᾠδῆς εἶδος. In principio autem corrigendum credo Χρήματα καὶ ΒΙΟΝ——Poeta enim, quisquis fuit, ***Divitias et vitam sibi et Cleitagorae*** (amasiae sc. suae) ***cum Thessalis*** exoptat. Thessali autem ab antiquo, ut testatur Athenaeus L. 14. p. 663. ὁμολογοῦνται ΠΟΛΥΤΕΛΕΣΤΑΤΟΙ τῶν Ἑλλήνων, γεγενῆσθαι περί τε τὰς ἐσθῆτας καὶ ΤΗΝ ΔΙΑΙΤΑΝ· ὅπερ αὐτοῖς αἴτιον ἐγένετο καὶ τοῦ κατὰ τῆς Ἑλλάδος ἐπαγαγεῖν τοὺς Πέρσας, ἐζηλωκόσι τὴν τούτων τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν. Quod subdit Philocleo obscurum est. Scholiastes videtur legisse Πολλὰ δὲ ΔΙΕΚΟΜΠΑΣΑΣ κ. τ. λ.

[a] Brunckius e MSS. ᾠδικῶς ἐγώ.

V. 1241.

Βδε. Τουτὶ μὲν ἐπιεικῶς σύ γ' ἐξεπίστασαι·
Ὅπως δ' ἐπὶ δεῖπνον εἰς Φιλοκτήμονος ἴμεν.
Παῖ, παῖ, τὸ δεῖπνον, Χρυσὲ, συσκεύαζε νῷν,
Ἵνα καὶ μεθυσθῶμεν διὰ χρόνου. ΦΙ. Μηδαμῶς.

Ita, credo, distribuendi sunt hi versus. Bdelycleonis sc. propositum est, ut foris eant ad coenandum et potandum, quod senex primo aversatur; et haec valde ἐν ἤθει.—V. 1242. vulgo Φι. Ὅπως. V. 1244. vulgo Φι. deest.

V. 1323.

ΒΔΕ. Ἦ μὴν σὺ δώσεις αὔριον τούτων δίκην—

Bdelycleonis persona his perperam affigitur, qui sc. non nisi v. 1351. in scenam prodibit. Hic autem loquitur aliquis ex turba, quam Senex, variis contumeliis excitavit; τις τῶν ὄπισθεν Ἐπακολουθούντων. V. supra v. 1318.

V. 1403.

Hic et in sequentibus personae mire turbantur, quae sic fortasse in ordinem reducendae sunt:

ΑΡ. Ἄληθες οὗτος; ΦΙ. Καὶ σὺ δή μοι, Χαιρεφῶν,
Γυναικὶ κλητεύειν ἔοικας θαψίνῃ,
Ἰνοῖ κρεμαμένῃ πρὸς ποδῶν Εὐριπίδου.
ΒΔΕ. Ὁδί τις ἕτερος κ. τ. λ.

V. 1404. Vulg. ΒΔΕ. Ἀλ. absente ΦΙ. V. 1407. Vulg. ΘΕ. Ὁδ.

In principio scenae proximae, pro Euripide, qui ad nullas partes in hac comoedia vocatus est, reponenda est τοῦ Κατηγόρου persona.

ΚΑΤ. Ὤμοι κακοδαίμων· προσκαλοῦμαι σ', ὦ γέρον,
Ὕβρεως[a].

ΕΙΡΗΝΗ. V. 39.

Χ' ᾧτου πότ' ἐστὶ δαιμόνων ἡ προσβολὴ
Οὐκ οἶδ'. Ἀφροδίτης μὲν γὰρ οὔ μοι φαίνεται.
ΟΙ. Οὐ μὴν Χαρίτων γε. ΕΤ. Τοῦ γάρ ἐστ'; ΟΙ. Οὐκ ἔσθ' ὅπως
Τοῦτ' ἐστὶ τὸ τέρας οὐ Διὸς Καταιβάτου.

Ita, opinor, hi versus inter servos partiri debent. V. 40. vulg. ΟΙ. Οὐκ, cui caetera quoque tribuuntur usque ad Καταιβάτου[b].

V. 270.

Εὖ γ', ὦ ΔΕΣΠΟΙΝΑ ΠΟΤΝΙ' Ἀθηναία, ποιῶν—

Ut metrum constet, legendum est,

Εὖ γ', ὦ ΠΟΤΝΙΑ ΔΕΣΠΟΙΝ' Ἀθηναία, ποιῶν[c].

V. 495.

Χο. Ὡς ΚΑΚΟΝ, εἴ τινες εἰσὶν ἐν ἡμῖν.

Haec mendosa esse non dubito. Pro ΚΑΚΟΝ ΕΙ rescribendum credo ΚΑΚΟΝΟΙ, *malevoli.* Sic infra v. 670.

Ὅστις ΚΑΚΟΝΟΥΣ αὐτῇ μάλιστ' ἦν ἐνθάδε.

Et sic quidem Scholiastem legisse suspicor, cujus interpretatio haec est: Οἷον εἰ [l. Οἱονεὶ] ἐχθροὶ καὶ ΚΑΚΟΝ ΝΟΥΝ ΕΧΟΝΤΕΣ πρὸς τὴν εἰρήνην. V.

[a] Ita Brunckius.

[b] Cum Tyrwhitto consentiunt MSS. et Brunckius.

[c] Ita Brunckius ex uno MS.

Markland. ad Lysiam. p. 578.[a] Quinetiam tres sequentes versus sic distribuo:

Τρ. Ὑμεῖς μὲν οὖν οἱ κιττῶντες
Τῆς εἰρήνης, σπᾶτ' ἀνδρικῶς.
Χο. Ἀλλ' εἴσ' οἳ κωλύουσιν.

ubi vulgo deest Τρ. et Χο.[b]

V. 519—537.

Haec omnia sunt Trygaei, nisi ubi Mercurius sermonem ejus bis interrumpit. Primo v. 526. rogat:

Ἑρ. Μῶν οὖν ὅμοιον καὶ γυλίου στρατιωτικοῦ;

Vulg TP.[c] Et iterum v. 531. cum Trygaeus Ἐπυλλίων Εὐριπίδου inter Pacis delicias meminerit, Mercurius subdit:

——————ΕΡ. Κλαῦσ' ἄρα σὺ
Ταύτης καταψευδόμενος· οὐ γὰρ ἥδεται
Αὕτη ποιητῇ ῥηματίων δικανικῶν.

Vulgo TP.[d]

V. 555.

Ὦ ποθεινὴ τοῖς δικαίοις καὶ γεωργοῖς ἡμέρα
Ἄσμενός γ' ἰδὼν προσειπεῖν βούλομαι τὰς ἀμπέλους,—

Elegantius, opinor Ἄσμενός Σ' ἰδὼν——[e].

[a] MS. Rav. totidem literis κακόνοι, quod ex Suida jam reposuerat Brunckius.

[b] Eodem quo Tyrwhittus modo personas distribuit Brunckius.

[c] Hunc v. Mercurio recte tribuit MS. Rav.

[d] Nescio an rectius verba ἐπυλλίων Εὐριπίδου Mercurio, sequentia Trygaeo tribuantur.

[e] Sic libri nonnulli. Alii ἄσμενος ἰδὼν, unde nata vulgata scriptura.

V. 847.

Πόθεν δ' ἔλαβες ταῦτα ΣΥ;

Del. ΣΥ. Ταύτα est Num. Dual.[a]

V. 863.

Τρ. Οἶμαι· τί δῆθ' ὅταν ξυνὼν τῶν τιτθίων ἔχωμαι;

ΧΟ. Εὐδαιμονέστερος ΦΑΝΕΙ τῶν Καρκίνου στοβίλων.

Τρ. Οὐκοῦν δικαίως, κ. τ. λ.

Ita demum recte se habebit hic locus, si in v. 864. pro vulgato φανεὶς legamus ΦΑΝΕΙ, et totum versum Choro tribuamus[b]. Vide infra v. 916. 917. 918. qui his respondent; quorum primus sic scribendus est:

Τρ. Τί δῆτ', ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν;

deleto ΦΗΣΕΙΣ, quod merum glossema est[c]. In tertio metrum claudicans postulat ut nomen Trygaei, quod excidit, in fine reponatur, sic:

Τρ. Πολλῶν γὰρ ὑμῖν ἄξιος Ἀθμονεὺς ἐγὼ ΤΡΥΓΑΙΟΣ[d].

V. 967.

——————Τρ. Ἀλλ' εὐχώμεθα.

Τίς τῇδε ποῦ ποτ' ΕΣΤΙ; Θε. Πολλοὶ κἀγαθοί.

[a] Vulgo apud Kusterum: ΘΕ. Πόθεν δ' ἔλαβες ταῦτα σύ; ΤΡ. Πόθεν; ἐκ τῶν οὐρανῶν. Brunckius ut Tyrwhittus. MS. Rav. ἐκ τοὐρανοῦ, cetera ut vulgo. Porsonus: ΘΕ. Πόθεν δ' ἔλαβες ταύτας σὺ, πόθεν; ΤΡ. ἐκ τοὐρανοῦ. Malim: ——ταύτας; ΤΡ. Ὁπόθεν; ἐκ τοὐρανοῦ.

[b] Ita Berglerus, quem tacite sequitur Brunckius.

[c] Ita Bisetus, probante Schweighaeusero ad Athenaeum p. 485. A. Ceterum Tyrwhittus ex oscitatione pro λεπαστὴν scripsit λεπαδνον.

[d] Rectius Brunckius e MS. B. πολλῶν γὰρ ὑμῖν ἄξιος | Τρυγαῖος Αθμονεὺς ἐγώ. Porsonus ad Hec. 313. ἀ'θμονεὺς.

Τοῖσι φέρε δώ· πολλοὶ γάρ εἰσι κᾀγαθοί.

Ita sane haec vulgo feruntur, confusa et inconcinna, quae tamen levi negotio in pristinum nitorem restituantur. Scribendum credo:

Τίς τῇδε; ποῦ ποτ' ΕΣΤΕ, πολλοὶ κᾀγαθοί;

Solennis erat formula, Τίς τῇδε; cui circumstantes (εὐφημιζόμενοι, secundum Scholiasten) respondere solebant, πολλοὶ κᾀγαθοί. Hic igitur, cum nemo responderit, rogat Trygaeus: ποῦ ποτ' ἔστε πολλοὶ κᾀγαθοί; *ubinam estis vos* πολλοὶ κᾀγαθοί [a]? Subjicit *Famulus:*

Τοῖσι φέρε δῶ· πολλοὶ γὰρ εἰσι κᾀγαθοί.

Deinde v. 973. sic, opinor, dispertiendus est:

Τρ. Ἀλλ' ὡς τάχιστ' εὐχώμεθ'. Θε. Εὐχώμεσθα δή.

V. 1130.

Οὐ γὰρ φιληδῶ μάχαις,
Ἀλλὰ πρὸς πῦρ διέλκων
Μετ' ἀνδρῶν ἑτέρων φίλων
ΟΥΚ ΕΑΙΣ τῶν ξύλων, ἅτ' ἂν ᾖ
Δανότατα τοῦ θέρους
Ἐκπεπιεσμένα.

Hujus loci primam partem optime illustravit Berglerus in notis suis; in versu autem 1134. haeret; nec mirum, cum certe mendosus sit. Ipse legit Ἐκκέας, et Hesychium citat: Ἐκκέας, ἐκκαύσας: sed mihi magis placet ex tribus unam vocem efficere, ΕΥΚΕΑΣΤΩΝ. Πρὸς πῦρ ΕΥΚΕΑΣΤΩΝ ξύλων, *ad ignem—fissilium lignorum.* Suidas:

[a] Brunckius ex ed. Fracini: ποῦ ποτ' εἰσὶ πολλοὶ κᾀγαθοί;

Εὐκέαστον, εὔσχιστον. Hesychius: Εὐκέατον (l. Εὐκέαστον), ξηρὰν, εὔσχιστον, εὔκαυστον[a].

ΟΡΝΙΘΕΣ. V. 46.

Ὁ δὲ στόλος νῷν ἐστι παρὰ τὸν Τηρέα
Τὸν Ἔποπα, παρ' ἐκείνου πυθέσθαι δεομένων,
Εἴ που τοιαύτην οἶδε πόλιν, ᾗ 'πέπτατο.

Qua advolavit. Quod sane frigidum est. Malim ἢ 'πέπτατο, *aut advolavit.* Tragici cujusdam phrasis, opinor, οἶδεν ἢ 'πίστατο, quam hic παρῳδεῖ Comicus; sicut in Ran. v. 1184. et seq. Ἥκω καὶ κατέρχομαι: et v. 1205. Κλύειν, ἀκούσαι[b].

V. 55.

Lege: Σὺ δὲ τῇ κεφαλῇ γ', ἵν' ᾖ διπλάσιος Ὁ ψόφος. Vulgo deest ὁ[c].

V. 127.

Lege: Ποίαν τιν' οὖν ἥδιστ' ἂν ΟΙΚΟΙΤΟΝ πόλιν; Vulgo οἰκοῖτ' ἄν[d].

V. 130.

Lege: ΤΑΔΕ ΜΟΙ ΛΕΓΟΙ—vulgo Λέγοι μοι ταδί. Levia sunt haec sed non tamen negligenda[e].

[a] Bergleri conjecturam confirmat MS. Ravennas. Brunckio placuit συγκέας.

[b] Videantur interpretes Aristophanis et Kiddius ad Dawesii p. 294. Legendum: εἴ που τοιαύτην εἶδε πόλιν, ἢ 'πέπτατο.

[c] Brunckius ex uno MS. ὁ ψόφος. Consentit Rav.

[d] Porsonus: *Elegantius legeretur,* οἰκοῖτον. Imo, ni fallor, οἰκοίτην. Vide ad Med. 1041.

[e] MSS. et Aldina μοι omittunt.

V. 288.

Πει. Ὦ Πόσειδον, ἕτερος αὖθις βαπτὸς ὄρνις οὑτοσί.

Sic legendum. Vulgo ΩΣ ἕτερος[a]. Et iterum v. 292.

Ἀλλὰ μέντοι τίς ποθ' ἡ λόφωσις ἡ τῶν ὀρνέων[b];

Vulgo ἡ λόφωσις ΕΣΘ' ἡ Ἠ τῶν ὀρνέων.

V. 327.

Χο. Κᾀστὸν ἤδη ποῦ; Ἔπ. Παρ' ἡμῖν, εἰ παρ' ὑμῖν εἰμ' ἐγώ.

Haec insulsa sic restitui possunt:

Χο. Κᾀστὸν ἤδη ποῦ παρ' ἡμῖν; Ἔπ. ΕΙ παρ' ὑμῖν εἰμ' ἐγώ[c].

V. 341.

Εὐ. Ἵνα μὲν οὖν κλᾀοιμι μεγάλα. Πει. Τοῦτο μὲν ληρεῖς ἔχων
Κάρτα. πῶς κλαύσει γὰρ, ἢν ἅπαξ γε τὼ 'φθαλμὼ 'κκοπῇς;

Ita tribuendus est hic versus totus Peisthetaero, cum vulgo sic distrahatur:

Κάρτα. Εὐ. Πῶς. Πει. Κλαύσει γὰρ, κ. τ. λ.

V. 462—626.

In sequentibus, Personae saepius turbantur, ad quas ordinandas priusquam progredimur, necessarium est, ut qualis demum sit vera scenae hujus oeconomia, nobiscum statuamus. Eam igitur ta-

[a] Aldus ὡς ἕτερος αὖ τις. Porsonus: *Dele* ὡς *vel* τις. Brunckius τις delevit.

[b] Ita MS. Rav. et Brunckii B. ipso probante.

[c] Rectius Brunckius: παρ' ὑμῖν, εἰ παρ' ὑμῖν εἰμ' ἐγώ.

lem fuisse concipio. Peisthetaerus per omnia τὴν βασιλείαν τῶν Ὀρνίθων argumentis quibus potest confirmat; quae Euelpides ridiculis, sive illustrationibus sive acclamationibus, subinde interpellat. Chorus autem et Epops nihil aliud agunt, nisi ut interrogationibus, nec nimis crebris, dubitationum suarum solutiones requirant.

Ridiculum igitur illud v. 464. Δειπνήσειν μέλλομεν; ἢ τί; Euelpidi tribuendum esse non dubito: sicut etiam illud v. 476. Ὁ πατὴρ ἄρα τῆς κορυδοῦ νυνὶ κεῖται τεθνεὼς Κεφαλῇσι. V. 477. et 478. sunt Peisthetaeri, 479. et 480. Euelpidis, 486. et 487. qui vulgo Epopi tribuuntur, sunt Euelpidis, ut et v. 507.[a] V. 515. ut metrum servetur, lege:

Αἰετὸν ΟΡΝΙΝ ΕΣΤΗΚΕΝ ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βασιλεὺς ὤν.

Vulgo ἔστηκ' ὄρνιν[b]. V. 520. Peisthetaerus inquit:

Ὤμνυέ τ' οὐδεὶς τότ' ΑΝ ἀνθρώπων θεὸν, ἀλλ' ὄρνιθας ἅπαντες.

(Vulgo deest ἂν[c]) cui subjicit, opinor, Euelpides:

Λάμπων δ' ὄμνυσ' ἔτι καὶ ΝΥΝΙ τὸν χῆν' ὅταν ἐξαπατᾷ τι.

Vulgo ΝΥΝ—ΤΙΣ τι[d]. V. 554. est Euelpidis.

[a] Eadem quae Tyrwhittus Euelpidi tribuit Brunckius, quem vide ad v. 486.

[b] Brunckius et MS. Rav. ὄρνιν ἔστηκεν.

[c] Eandem medicinam adhibuit Porsonus ad Phoen. 412. Brunckius: ὤμνυέ (in annotatione recte ὤμνυ) τ' οὐδεὶς ἀνθρώπων τότε θεόν.

[d] Cum Tyrwhitto consentit Porsonus ad Phoen. 412. Sic etiam Kusterus in annotatione, nisi quod ὤμνυσιν, quod mediam corripere putabat, intactum reliquit. Τις omittunt etiam MSS.

V. 577. Euelpidi tribuendus est et sic corrigendus:

Ὁ Ζεὺς δ' ὑμῖν οὐ βροντήσας πέμπει πτερόεντα Κεραυνόν;

Vulg. πέμψει. *Jupiter etiam quoties intonuit, nonne vobis mittit* alatum *Fulmen?* Τὸν Κεραυνὸν, quasi Deum, addit exemplis Deorum *alatorum* a Peisthetaero supra enumeratis.

V. 583. est Euelpidis.

Interrogationes in v. 588. 596. 607. et 609. licet *Chori* personae non disconveniant, malim tamen *Epopi* tribuere[a].

V. 673.

Ἀλλ' ὦ κακόδαιμον, ῥύγχος ΟΒΕΛΙΣΚΟΙΝ ἔχει.

" Rostrum *ex duobus verubus*" reddit Interpres, quod quale sit plane nescio. Scribendum est fortasse ῥύγχος ὀβελίσκιον, Rostrum *ut veru.*

V. 846.

——————— ΕΠ. Σὺ δέ γ' αὐτοῦ μένων
Οἴμωζε παρ' ἔμ'.

Haec, opinor, sunt *Euelpidis;* ut etiam illa superiora v. 836, 7. quae vulgo partim Peisthetaero, partim Epopi tribuuntur:

Ὦ νεοττὲ δέσποτα·
Ὡς δ' ὁ θεὸς ἐπιτήδειος οἰκεῖν ἐπὶ πετρῶν[b].

[a] Consentit Brunckius.

[b] Haec omnia Euelpidi tribuit Brunckius.

V. 877.

Δέσποινα Κυβέλη, στρουθὲ, μῆτερ Κλεοκρίτου.

Est Peisthetaeri, qui Sacerdotis orationem hic interrumpit, ut supra v. 873. et infra v. 881.

V. 895.

Ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ΤΟΥΤΟΙΣΙ θύσω μόνος.

Legendum forte τουτοῖ[a].

Sequens melos, Εἶτ' αὖθις αὖ τ' ἄρα σοι κ. τ. λ. est certe *Chori*, licet vulgo Sacerdoti tribuatur.

V. 905.

Νεφελοκοκκυγίαν τὰν εὐδαίμονα
Κλῆσον, ὦ Μοῦσα,
ΤΕΑΙΣ ἐν ὕμνων ᾠδαῖς.

Malim ΝΕΑΙΣ.

V. 1177.

Et hic et in v. 1185. delenda est *Chori* persona; et in v. 1186. *Nuncii:* omnia enim sunt Peisthetaeri[b].

V. 1524.

Πει. Εἰσὶν γὰρ ἕτεροι Βάρβαροι θεοί τινες
Ἄνωθεν ὑμῶν; Πρ. Οὐ γάρ εἰσι βάρβαροι,
Ὅθεν ὁ Πατρῷός ἐστιν ΕΞΗΚΕΣΤΙΔΗΙ;

Ita legi debet hic locus. Vulg. Ἐξηκεστίδης[c]. Ab Atheniensibus sc. γνησίοις colebatur Ο ΠΑΤΡΩΙΟΣ

[a] Aldina recte τουτογὶ, quod tandem revocavit Brunckius.

[b] Personas recte disposuit Brunckius.

[c] Dativum reponendum monuit Brunckius, cujus annotatio digna est quae legatur.

ΑΠΟΛΛΩΝ. Execestides autem, ὡς ξένος κωμῳδεῖται supra v. 11. et v. 765. Peisthetaero igitur roganti, *an sint Dii Barbari*, respondet Prometheus: *Nonne enim Barbari sunt, Ex quibus Patrius* (ὁ πατρῷος θεὸς) *est Execestidi?* De Apolline Patrio et Jove Herceo v. Demosth. πρὸς Εὐβουλίδην p. 649. et auctores quos citat doctiss. Taylorus ad locum.

V. 1595.

Πει. Ἀλλ' οὔτε πρότερον πώποθ' ἡμεῖς ἤρξαμεν
Πολέμου πρὸς ὑμᾶς, νῦν τ' ἐθέλομεν, εἰ δοκεῖ,
Ἐάν τι δίκαιον ΑΛΛΟ νῦν ἐθέλητε δρᾶν,
Σπονδὰς ποιεῖσθαι.

Omnino legendum est ΑΛΛΑ νῦν, *saltem nunc*. Qui sane usus τοῦ ἀλλὰ elegantior est, et apud Sophoclem occurit Philoct. v. 1069. [1041.]

Τίσασθε, τίσασθ' ΑΛΛΑ τῷ χρόνῳ ποτὲ
Ξύμπαντας αὐτοὺς———[a].

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ. V. 9.

Μν. Πῶς μοι παραινεῖς; δεξιῶς μέντοι λέγεις.
Οὐ φὴς σὺ χρῆναί μ' οὔτ' ἀκούειν οὔθ' ὁρᾶν;
ΕΥ. Χωρὶς γὰρ αὐτοῖν ἑκατέρου 'στὶν ἡ φύσις.
Μν. Τοῦ μήτ' ἀκούειν μήθ' ὁρᾶν; Εὐ. Εὖ ἴσθ' ὅτι.

Ita distribuendi sunt hi versus. V. 11. vulgo MN. Χω.[b]

[a] Plura exempla collegi ad Med. 882, 3. Apud Aristophanem plus semel legendum monui: ἐὰν τὸ δίκαιον ἀλλὰ νῦν ἐθέλητε δρᾶν.

[b] Versus 9. et 10. Mnesilocho, 11. et 12. Euripidi tribuit Brunckius.

V. 18.

ΆΚΟΗΝ δὲ χοάνης ὦτα διετετρήνατο.

Omnino scribendum esse credo ΔΙΚΗΝ. Χοάνης δίκην, *more infundibuli* [a].

V. 22.

Εὐ. Πόλλ' ἂν μάθοις τοιαῦτα παρ' ἐμοῦ. Μν. Πῶς ἂν οὖν;

Εὐ. Πρὸς τοῖς ἀγαθοῖς τούτοισιν ἐξεύροιμ', ὅπως

Ἔτι ΠΡΟΣΜΑΘΟΙ μὴ χωλὸς εἶναι τὼ σκέλη;

Duo posteriores versus Euripidi vulgo tribuuntur, nullo, ut videtur, sensu. *Mnesilocho* optime conveniunt, si legamus προσμάθω pro προσμάθοι et notam interrogationis transferamus a fine v. 22. ad finem v. 24. [b]

V. 102.

Μν. Καὶ ποῖος ἐστὶν οὗτος; Εὐ. Οὐκκυκλούμενος.

Malim sic:

Μν. Καὶ ποῖος ἐστίν; Εὐ. Οὗτος οὐκκυκλούμενος.

V. 180.

Παῦσαι βαΰζων· κ. τ. λ. Haec sunt *Euripidis*, licet vulgo *Agathoni* tribuuntur [c].

V. 261.

Νὴ τὴν Ἀφροδίτην, ἡδύ γ' ὄζει ποσθίου.

[a] Speciose. Si recte se habet χοάνης ὦτα, conferendum ῥύγχος ὀβελίσκοιν Av. 673.

[b] Ita Brunckius MS. Rav. ὅτι | ἔτι προσμάθω.

[c] Euripidi tribuunt Kusterus in interpretatione et Brunckius.

Hic versus est Mnesilochi; non Euripidis, qui semper serio loquitur.

V. 269.

Εὐ. Ὑποδημάτων δεῖ. Ἀγ. Τἀμὰ ταυτὶ λάμβανε.
Μν. Ἆρ' ἁρμόσει μοι; χαλαρὰ γοῦν χαίρεις φορῶν.
Αγ. Σὺ τοῦτο γίνωσκ'. ἀλλ', ἔχεις γὰρ ὧν δέει,
Εἴσω τις ὡς τάχιστά μ' εἰσκυκλησάτω.

Ita, credo, hos versus digessit Comicus. V. 270. vulgo ΑΓ. χαλαρά γ' οὐ. V. 272. vulgo ΜΝ. Εἴσω τ.[a]

V. 421.

Εἶτα διὰ ΤΟΥΤΟ ταῖς γυναικωνίτισιν
Σφραγῖδας ἐπιβάλλουσιν————

Lege διὰ ΤΟΥΤΟΝ. Propter *hunc*, Euripidem sc. sic supra v. 419. ΔΙΑ τοῦπος τοδί[b].

V. 612.

Γυ. Ἔμ', ἥτις, ἥρου; Κλεωνύμου γυνή.

Versum supplebat Kusterus inserendo γε post ἥρου. Infeliciter sane. Melius erit, opinor:

Ἔμ' ἥτις ΕΙΜ' ἥρου[c]:

V. 628.

Τὸν δεῖνα ποῖον; ἔσθ' ὁ δεῖν' ὃς καί ΠΟΤΕ;

Saepius dicitur, opinor, ὃς καὶ ΠΟΘΕΝ; secundum Homericum illud: Τίς ποθεν εἶς ἀνδρῶν;——

[a] Verba χαλαρὰ γοῦν (sic enim MS.) Euripidi tribuit Brunckius, cetera ad mentem Tyrwhitti.

[b] Brunckius e MS. διὰ τοῦτον. Sic etiam Rav.

[c] Sic etiam Porsonus. Aliter Brunckius, quem vide.

V. 635.

———σὺ δ' εἰπέ μοι,
Ὅ, τι πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐδείκνυτο;
Φέρ' ἴδω τί πρῶτον ἦν; Μν. Ἐπίνομεν.

Ita haec vulgo repraesentantur, manifesto metri et, nisi fallor, sensus dispendio. V. 637. Mnesilocho totus tribuendus est, et sic supplendus:

Μν. Φέρ' ἴδω τί πρῶτον ἦν; ΤΙ ΠΡΩΤΟΝ; ἐπίνομεν

Haesitatio illa et repetitio quaestionis est ἐν ἤθει [a].

V. 659—661.

Ἄγε δὴ τί δρῶμεν, κ. τ. λ. sunt Clisthenis, ut patet ex versu 936. ubi Prytanis ait,

Ὀδ' ἔσθ' ὁ πανοῦργος, ὃν ἔλεγεν ἡμῖν Κλεισθένης [b].—

V. 881.

Exclamatio illa ΠΟΙΟΥ ΠΡΩΤΕΩΣ; non *Euripidis* est, ut opinor, sed τῆς ΓΥΝΑΙΚΟΣ [c].

V. 1024.

Φίλαι παρθένοι, φίλαι,
Πῶς ἂν ἀπέλθοιμι, καὶ
Τὸν Σκύθην ΛΑΒΟΙΜΙ.
Κλύοις, ὦ
ΠΡΟΣΙΔΟΥΣΑ ΤΑΣ ἐν ἄντροις,

[a] Eodem supplemento utitur Brunckius, qui quum superiora verba Mnesilocho tribuenda non videret, ὅτι πρῶτον scribere debebat. Porsonus e Nub. 785. ex Suida reposuit: τί μέντοι πρῶτον ἦν;

[b] Rectius Brunckius verba Ἄγε δὴ τί δρῶμεν mulieri, τουτονὶ φυλάττετε et sequentia Clistheni tribuit.

[c] Recte.

Κατάνευσον, ἔασον ὡς
Τὴν γυναῖκά μ' ἐλθεῖν.

Hi septem versus *Euripidi* vulgo tribuuntur. Sed, opinor, perperam. *Euripides* enim v. 1020. *signum* tantum dedit se adventurum sub persona *Perseos*, et non nisi v. 1109. in scenam revera prodit. Tota igitur Monodia *Mnesilochi* est, et pro majori parte sine dubio παρῳδουμένη ex Andromeda tragoedia, quam Euripides superiore anno (ut discimus ex v. 1069.) docuerat. In 1026. pro λάβοιμι scribendum credo ΛΑΘΟΙΜΙ. Et deinde. Κλύοις ὦ ΠΡΟΣΙΖΟΥΣΑ ΤΟΙΣΔ' ἐν ἄντροις—vel ΤΟΙΣΙΔ' ἄντροις. *O tu* (Echo sc.) *quae juxta sedes*[a].

In v. 1030. Andromeda dixerat forte τὴν μητέρα: Mnesilochus τὴν γυναῖκα visere cupit; et mox v. 1218. Euripides eum dimittit,

ΩΣ ΤΗΝ ΓΥΝΑΙΚΑ καὶ τὰ παιδί' οἰκάδε.

V. 1065.

Persona *Echus Euripidi* hic, nescio qua ratione, affingitur. *Euripides* enim, ut supra monui, non nisi v. 1109. in scenam prodit sub persona *Perseos*.

V. 1139—1143.

Sunt non *Mnesilochi*, sed *Euripidis*[b].

[a] Brunckius ἐπέλθοιμι et λάθοιμι. Idem προσαυδῶσα pro προσιδοῦσα. MSS. προσαιδοῦσσα, quod e προσᾴδουσα natum videtur. Utut de scriptura statuatur, recte haec Mnesilocho tribuit Tyrwhittus.

[b] Consentit Brunckius.

V. 1197.

Εὐ. ὡς Γρ. Αὔλει σὺ θᾶττον· ΕΤΙ δέδοικας τὸν Σκύθην;

Malim Η ΤΙ[a]. Sequens autem v. totus *Scythae* tribuendus est[b].

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ. V. 144.

Ὅμως γα μὰν δεῖ· τᾶς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ.

Corrigebat Dawesius Miscell. Crit. p. 336. τᾶς γὰρ εἰράνας μέλει, vel μέλω[c]. Sed praestabit, opinor, sine literulae mutatione sic interpungere:

Ὅμως γα μάν. δεῖ τᾶς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ[d].

V. 172.

Λυ. Ἡμεῖς ἀμέλει σοι τά γε παρ' ἡμῖν πείσομεν.
Λα. Οὐχ ἃς σπουδᾶς γ' ἔχοντι ταὶ τριήρεες,
Καὶ τἀργύριον τὤβυσσον ᾗ παρὰ τᾷ σιῷ.

Sic Editt. veteres omnes, itemque MSS. teste Kustero, praeferunt, Οὐχ ἃς σπουδᾶς—lectionem, ut ipse judicat, *manifesto corruptam.* Bisetus quidem emendabat Οὐ λισπόπυγας—quod nihili est. Nisi multum fallor, scribere debemus:

Οὐχ ἕᾶς ΠΟΔΑΣ γ' ἔχωντι ταὶ τριήρεες,[e]——

[a] *Rarissime in hoc metro anapaestum inchoat* ἄν, γάρ, δὲ, μὲν, ἄρα, *aut ulla enclitica.* Haec dixi ad Ach. 127. p. 117.

[b] Praeterea legendum: καλό γε τὸ πυγή. κλαῦσ', ἐαν μὴ ·νδον μένῃς.

[c] Etiam Porsonus μέλει.

[d] Sic etiam Koenius ad Gregorium p. 110=237. ubi videndus Bastius.

[e] Sic etiam Valckenarius Diatrib. p. 235. MS. Rav. οὐχ ἃς σπουδᾶς ἔχωντι.

Non, quamdiu pedes (velorum sc. funes) *habent triremes*—Ἂς autem Laconice dici concipio pro ἕως i. e. ἕως. Et adstipulari videtur Hesychius: Ἂς, ΕΩΣ, ὅπως, μέχρις οὗ. Utcunque illud sit, locum sic intellexit Scholiastes, qui interpretatur: ΕΩΣ ΑΝ θαλαττοκρατῶσι. Et Suidas in v. Ἄβυσσος versum sequentem sic enarrat: ΕΩΣ ΑΝ ᾗ τὸ ἀργύριον τὸ ἄβυσσον παρὰ τῇ θεῷ, οὐκ εἰρηνεύσουσιν· ἐν γὰρ τῇ ἀκροπόλει χίλια τάλαντα ἀπέκειτο. Inter navium instrumenta saepissime memorantur οἱ πόδες.

Odyss. E. 260.

Ἐν δ' ὑπέρας τε κάλως τε ΠΟΔΑΣ τ' ἐνέδησεν ἐν αὐτῇ.

Eurip. Orest. 705.

Καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ΠΟΔΙ
Ἔβαψεν· ἔστη δ' αὖθις, ἢν χαλᾷ ΠΟΔΑ.

Aristoph. Eq. 434.

Ἄθρει, καὶ τοῦ ΠΟΔΟΣ παρίει.

V. 523.

Ὅτε δ' ἤδ' ὑμῶν[a] ἐν ταῖσιν ὁδοῖς φανερῶς ἠκούομεν ἤδη,
Οὐκ ἔστιν ἀνὴρ ἐν τῇ χώρᾳ μὰ Δί' οὐ δῆθ' ἕτερός τις.

In v. posteriore metrum claudicans fulcire tentat Florens Chr. scribendo ἐν ταύτῃ χώρᾳ. Ipse malim:

Οὐκ ἔστιν ἀνὴρ ἐν τῇ χώρᾳ μὰ Δί' ΟΥΔΕΙΣ δῆθ' ἕτερός τις[b].

[a] Porsonus: ὅτε δὴ δ' ὑμῶν. scriptura: μὰ Δί' οὐ δῆτ' ἔσθ'
[b] Minus placet Brunck iiἕτερός τις.

Haec autem de Alcibiade in triviis jactitata fuisse conjicio, qui circa hoc tempus in summam gratiam cum populo Atheniensi rediit.

V. 642.

Ἑπτὰ μὲν ἔτη γεγῶσα
Εὐθὺς ἠῤῥηφόρουν·
Εἶτ' ἀλετρὶς ἦ δεκέτις,
Οὖσά τ' ἀρχηγέτις
Κατέχουσα κροκωτὸν ἄρκτος ἦ Βραυρωνίοις.

Legendum credo:

Εἶτ' ἀλετρὶς ἦ, δεκέτις
Οὖσα, ΤΗΙ 'ΡΧΗΓΕΤΙ[a].

Ut Scholiastes videtur legisse, qui reddit ΤΗΙ ΔΕΣΠΟΙΝΗΙ 'Αρτέμιδι ὡς Δήμητρι. Minerva etiam 'Αρχηγέτις memoratur a Plutarcho in v. Alcibiad. p. 7. Ed. Bry.[b] Deinde lego, et metro et sensu postulante,

Κᾆτ' ἔχουσα τὸν κροκωτὸν ἄρκτος ἦ Βραυρωνίοις.

Duo MSS. a Kustero citati habent ΤΟΝ κ.[c] Haec autem omnia a v. 637. ad v. 658. a Choro Mulierum proferuntur, et ἀντίστροφα sunt iis, quae a Choro Senum modo dicta sunt a v. 615. ad v. 636.[d]

[a] Dativum Αρχηγέτι e MSS. admisit Brunckius, qui ita distinguit, εἶτ' ἀλετρὶς ἦ· δεκέτις | οὖσά τ' ἀρχηγέτι | καταχέουσα κ. τ. ἑ. Rectius fortasse Tyrwhittus, modo scribatur οὖσα τἀρχηγέτι.

[b] P. 192. E. De ea loquitur Aristophanes.

[c] Edd. multae καταχέουσα, quod revocavit Brunckius. Nec dissentit MS. Rav.

[d] Recte quidem Brunckius versum 649. Choro mulierum

V. 891.

ΚΙ. Τί, ὦ πονηρὰ, ταῦτα ποιεῖς, χἀτέραις
Πείθει γυναιξὶν, κἄμ' ἔτ' ἄχθεσθαι ποιεῖς;
ΜΥ. Αὕτη με λυπεῖ· μὴ πρόσαγε τὴν χεῖρά μοι.

Ita, credo, distribuendi sunt hi versus. ΑΥΤΗ, *Haec:* manus sc. Cinesiae. V. 891. vulgo ΛΥ. *τί.* V. 893. vulgo ΚΙ. *αὕτη*—ΜΥ. *μή*[a].

V. 900—902.

Hi tres versus sunt omnes, ut opinor, *Myrrhinae.*

Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγ', ἢν μὴ διαλλαχθῆτέ γε,
Καὶ τοῦ πολέμου παύσησθε. τοιγὰρ, ἂν δοκῇ,
Κἄγωγ' ἄπειμ' ἐκεῖσε· νῦν δ' ἀπομώμοκα.

V. 901. vulgo ΚΙ. *Τοι.* V. 902. vulgo ΜΥ. *νῦν*[b].

V. 928.

Ἀνίστασ', ἀναπήδησον· ἤδη πάντ' ἔχω[c].

Est totus *Myrrhinae.*

V. 956.

Ποῦ χηναλώπηξ;

Omnino scribendum est ΚΥΝΑΛΩΠΗΞ[d], ut metrum quidem postulat, et Scholiastes videtur le-

reddidit, sed haec superioribus *ἀντίστροφα* esse non vidit. Vide ejus annotationem ad v. 625. suae ed.

[a] Recte Brunckius e MSS. *κἀμέ τ' ἄχθεσθαι ποιεῖς, | αὐτή τε λύπεῖ.*

[b] Cinesiae verba, *Τοιγὰρ, ἂν δοκῇ, ποιήσομεν καὶ ταῦτα,* e MSS. primus supplevit Brunckius.

[c] Variant libri. Versus 928. Myrrhinae, 929. Cinesiae tribuendus mihi videtur.

[d] Ita Brunckius e MSS.

gisse, qui haec habet. Ὁ Φιλόστρατος· καὶ ἀλλαχοῦ. (Eq. v. 1066.) Φιλόστρατος ὁ (l. ἡ) ΚΥΝΑΛΩΠΗΞ. ὡς πορνοβόσκου ὄντος τοῦ Φιλοστράτου.

V. 970.

Χο. Γε. Ποία γλυκερά; μιαρὰ, μιαρὰ
Δῆτ', ὦ Ζεῦ, ὦ Ζεῦ, ὦ Ζεῦ,——

Legendum est, ὦ Ζεῦ, Ζεῦ[a]——Quinetiam dubito annon haec Ὦ Ζεῦ, Ζεῦ, et quae sequuntur, *Cinesiae* tribuenda sint.

V. 1117.

Πρόσαγε λαβοῦσα κ. τ. λ.

Delenda est *Chori* persona quae his praefigitur, cum omnia sint *Lysistratae* a v. 1114. ad v. 1137.[b]

V. 1281.

Πρόσαγε Χορόν· ἔπαγε Χάριτας·
Ἐπὶ δὲ κάλεσον Ἄρτεμιν·
Ἐπὶ δὲ δίδυμον ἄγε χορὸν ἰήϊον
Εὔφρον'. ἐπὶ δὲ Νύσιον,
Ὃς μετὰ Μαινάσι βάκχειος Ὄμμασι δαίεται.

[Sic locum reliquit Noster nulla nota addita. Cum vero personam *Lysistratae*, quae his versibus vulgo adscripta est, deleverit, id proculdubio

[a] Sic etiam Brunckius, sed male. Neque rem confecit Reisigius p. 267. Scribendum: ΧΟ. ΓΕ. Ποία γλυκερά; μιαρὰ, μιαρά. ΚΙ. Μιαρὰ δῆτ', ὦ Ζεῦ, ὦ Ζεῦ. | εἶθ' αὐτὴν ὥσπερ κ. τ. ἑ. Versus 971. catalecticus est. Si secus esset, post ὦ Ζεῦ non sequeretur εἶθε.

[b] Omnia Lysistratae tribuere MSS. et edd. veteres monet Brunckius.

in animo habuit notare, et locum *Choro* tribuere [a].]

ΒΑΤΡΑΧΟΙ. V. 103.

Ἡρ. Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει; Δι. Καὶ μάλα πλεῖν ἢ μαινομαι.
Ἡρ. Ἦ μὴν κόβαλλά γ' ἐστὶν, ὡς καὶ σοὶ δοκεῖ.
Δι. Μὴ τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν· ἔχεις γὰρ οἰκίαν.

Haec sic potius distribuenda credo:

Ἡρ. Ἦ μὴν κόβαλλά γ' ἐστίν. ΔΙ. Ὡς καὶ σοὶ δοκεῖ.
Μὴ τὸν ἐμὸν κ. τ. λ.

V. 300.

Huic versui et v. 302. praefigitur ΙΕΡΕΥΣ, sed τίς καὶ πόθεν non video. In utroque loco, nisi multum fallor, restituenda est persona *Xanthiae* [b].

V. 447.

Persona Bacchi hic certe perperam affigitur: cui autem tribuendi sunt hi versus a v. 443. ad v. 450. non aeque constat [c]. Videntur sane ejusdem esse, cujus sunt v. 385, 6. et v. 397. 398, 9. 400. Sed quis ille demum fuerit, sive simpliciter

[a] Ed. Kusteriana omnia ad v. 1275. usque ad v. 1298. Lysistratae tribuit. Posteriora Choro Atheniensium restituit Brunckius.

[b] Sacerdotis personam post alios sustulit Brunckius.

[c] Hemichorio tribuit Brunckius. Recte confert Tyrwhittus versus 397—400. in quorum primo γε omittunt meliores libri.

Κορυφαῖος, sive, ut potius reor, Ἱεροφάντης vel Δᾳδοῦχος, dubito.

V. 515.

Ἀλλ' εἴσιθ' ἅμ' ἐμοί. Ξα. Πάνυ καλῶς. ΘΕ. Ληρεῖς ἔχων·
Οὐ γάρ σ' ἀφήσω· καὶ γὰρ αὐλητρὶς γέ σοι
Ἤδη 'νδον ἐστὶν ὡραιοτάτη[a]——

Ita distribuendi sunt hi versus. V. 515. vulgo ΔΙ. Λη. V. 516. vulgo ΘΕ. Καί.

V. 1108.

Νῦν δ' ἀντιλέγει κοὐκέτ' ἐλαύνει·
Καὶ πλεῖ δευρὶ καὖθις ἐκεῖσε.

Hi duo versus, sicut sequentes, sunt *Aeschyli.*

V. 1485—1489.

Omnino probanda est crisis Aristarchi et Apollonii, qui, ut ex Scholiaste discimus, hos quinque versus et etiam v. 1500, 1. quasi spurios rejecerunt[b].

ΕΚΚΛΗΖΙΑΖΟΥΣΑΙ. V. 380.

Βλ. Τριώβολον δῆτ' ἔλαβες; Χρ. Εἰ γὰρ ὤφελον.
Ἀλλ' ὕστερος νῦν ἦλθον· ὥστ' αἰσχύνομαι,
Μὰ τὸν Δί', οὐδέν' ἄλλον ἢ τὸν θύλακον.

Reddere possumus: *neminem alium quam sac-*

[a] Ita Tyrwhittus. Kusterus ut vulgo: ἤδ' ἔνδον ἔσθ' ὡραιοτάτη. Brunckius: μί' ἔνδον.—

[b] Vide de hac re disputantem Brunckium ad v. 1437. suae ed.

culum. Sed hoc duriusculum videtur. Malim legere, οὐδὲν μᾶλλον, *nihil magis*[a].

V. 408.

Χρ. Μετὰ τοῦτον Εὐαίων ὁ δεξιώτατος
Παρῆλθε γυμνὸς, ὡς ἐδόκει τοῖς πλείοσιν·
Αὐτός γε μέντ' οὐ 'φασκεν ἱμάτιον ἔχειν.

Legendum credo:

Αὐτός γε μέν τοι 'φασκεν ἱμάτιον ἔχειν.

Nudus videbatur plerisque; *ipse vero aiebat se veste indui*[b].

V. 440.

———Βλ. Τίς δὲ τοῦτ' ἄλλος λέγει;

Quis vero alius hoc dicit? Immo vero, nisi fallor, scribendum est, Τίς δὲ τοῦτ' ΑΛΛΩΣ λέγει; *Quis vero de hoc aliter dicit*[c]*?*

V. 545.

Πρ. Μὴ φροντίσῃς, ἄρρεν γὰρ ἔτεκε παιδίον.
Βλ. Ἡ 'κκλησία; Πρ. Μὰ Δί', ἀλλ' ἔγωγ' ᾠχόμην.

Versum posteriorem *laborare* vidit Faber, restituere autem frustra tentavit. Ut Praxagorae responsum sensu apto et numeris integris evadat, scribendum est, opinor: Μὰ Δί', ἀλλ' 'ΕΦ' ΗΝ ἐγῳχό-

[a] Brunckius· ὥστ' αἰσχύνομαι | ἔχων, μὰ Δί', οὐδὲν ἄλλο γ', ἢ τὸν θύλακον. Recte quidem οὐδὲν ἄλλο γε. Equidem versum post 381. excidisse suspicor.

[b] Hodie omnes μέν τοὔφασκεν, i. e. μέντοι ἔφασκεν. Praeter Porsonum aliosque consulendus in primis Burnesius Censurae Menstruae Tom. LXXXI. p. 249.

[c] Ἄλλος typographi error est, qui ex ed. Gelenii in sequentes manavit.

μην. *Non per Jovem, sed* (faemina) *ad quam ego abii*[a].

V. 560.

Ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, τὴν γυναῖκ' ἔα λέγειν.

Hic versus est *Chori*. In vulgatis praefigitur Ἄλλος ἀνήρ. Sed mirum sane si Aristophanes novam personam induxerit, in hoc tantum ut versiculos duos (hunc sc. et 564.) proferat, quorum prior, ut supra dictum est, Choro, alter autem *Blepyro* commodius tribuatur[b].

V. 597.

Βλ. Πῶς οὖν ὅστις μὴ κέκτηται γῆν ἡμῶν, ἀργύριον δὲ
Καὶ Δαρεικοὺς, ἀφανῆ πλοῦτον; Πρ. Τοῦτ' ἐς τὸ μέσον καταθήσει,
Καὶ μὴ καταθεὶς ψευδορκήσει. Βλ. Κἀκτήσατο γὰρ διὰ τοῦτο.

Haec sic potius, credo, distribuenda sunt:

————Πρ. Τοῦτ' ἐς τὸ μέσον καταθήσει.
ΒΛ. Καὶ μὴ καταθείς; ΠΡ. Ψευδορκήσει. Βλ. Κἀκτήσατο γ. δ. τ.

V. 617.

Πρ. Οὐχὶ μαχοῦνται; Βλ. Περὶ τοῦ; Πρ. Τοῦ μὴ ξυγκαταδαρθεῖν.
Βλ. Καί σοι τὸ περὶ τούτων δὴ μάχεσθαι.

Versus posterior in quibusdam. Editt. legitur

[a] Tyrwhitti conjecturam confirmat MS. Rav. qui: ἐφ' ἣν ἐγ' ᾠχόμην. Scribendum vero ἐγὼ ᾠχόμην.

[b] Choro tribuit Brunckius.

sic: Καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει. Omnia autem mendosissima esse nemo est qui non videat. Donec aliquid certius ex Codd. MSS. eruatur, scribere, opinor, possumus, nec male:

Πρ. Οὐχὶ μαχοῦνται; Βλ. Περὶ τοῦ; Πρ. ΠΕΡΙ ΤΟΥ; ΠΕΡΙ τοῦ μὴ ξυγκαταδαρθεῖν.

Καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει. Βλ. Τὸ ΤΙ; Πρ. Περὶ τούτων ΔΗΤΑ μάχεσθαι[a].

V. 622.

Ἀλλὰ φυλάξουσ' οἱ φαυλότεροι τοὺς καλλίους ἀπιόντας
Ἀπὸ τοῦ δείπνου, καὶ τηρήσουσ' ἐπὶ τοῖσιν δημοσίοισιν
Οἱ φαυλότεροι, κοὐκ ἐξέσται παρὰ τοῖσι καλοῖς καταδαρθεῖν
Ταῖσι γυναιξὶν, πρὶν τοῖς αἰσχροῖς καὶ τοῖς μικροῖς χαρίσωνται.

Illud sane οἱ φαυλότεροι, quod in v. 624. secundo occurrit, et plane otiosum est, ab Aristophane profectum esse non possum credere. Quinetiam aliquid ad sententiam explendam deesse videtur, quod in ejus locum aptissime succedat. Libenter igitur scriberem, stigmate post v. 623. posito:

Κοὐκ ἐξέσται παρὰ τοῖσι καλοῖς ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΜΕΓΑΛΟΙΣ καταδαρθεῖν
Ταῖσι γυναιξὶν, πρὶν τοῖς αἰσχροῖς καὶ τοῖς μικροῖς χαρίσωνται[b].

[a] MS. apud Brunckium: οὐχὶ μαχοῦνται [περί σου θάῤῥει. μὴ δείσης. οὐχὶ μαχοῦνται.] περὶ τοῦ; τοῦ μὴ ξυγκαταδαρθεῖν. καί σοι τοιοῦτον ὑπάρχει. Uncis inclusa desunt in Aldina. Vide Brunckium.

[b] Tyrwhitti conjecturam

V. 661.

Πρ. Ἀπὸ τῆς μάζης, ἧς σιτεῖται· ταύτην γὰρ ὅταν τις ἀφαιρῇ,
Οὐχ ὑβριεῖται φαύλως οὕτως τῇ γαστρὶ κολασθείς.

Versui posteriori pedem integrum deesse viderunt et *Faber* et *Kusterus*. Emendabat *Faber*: Οὐχ ἑξῆς ὑβριεῖται κ. τ. λ. Kusterus autem, Οὐχ ὑβριεῖται ΠΩΠΟΤΕ φαύλως κ. τ. λ. Uterque infeliciter. Malim scribere:

Οὐχ ὑβριεῖται φαύλως ΟΥΔΕΙΣ οὕτως τῇ γαστρὶ κολασθείς[a].

V. 682.

Τοὺς δ' ἐκ τοῦ κάππ' εἰς τὴν στοιὰν χωρεῖν τὴν ἀλφιτόπωλιν,
Ἵνα κάπτωσιν. ΒΛ. Μὰ Δί', ἀλλ' ἵν' ἐκεῖ δειπνῶσιν· ὅτῳ δὲ τὸ γράμμα
Μὴ 'ξελκυσθῇ καθὸ δειπνήσει, τούτους ἀπελῶσιν ἅπαντας.
Πρ. Ἀλλ' οὐκ ἔσται τοῦτο παρ' ἡμῖν.

Personae hic mire confunduntur. Malim ponere stigma post ἀλφιτόπωλιν, et caetera sic distribuere:

ΒΛ. Ἵνα κάπτωσιν; ΠΡ. Μὰ Δί', ἀλλ' ἵν' ἐκεῖ δειπνῶσιν. ΒΛ. Ὅτῳ δὲ τὸ γράμμα
Μὴ 'ξελκυσθῇ καθὸ δειπνήσει, τούτους ἀπελῶσιν ἅπαντας;
Πρ. Ἀλλ' οὐκ ἔσται τοῦτο παρ' ἡμῖν[b].

probat Porsonus apud Gaisfordium ad Marklandi Supplices p. 206. Brunckius v. 622. αἱ φαυλότεραι dedit. V. 625. auctore Porsono legendum χαρίσασθαι.

[a] Etiam Brunckius ex conjectura φαύλως οὐδεὶς οὕτως. MS. Rav. φαύλως οὕτως αὖθις.

[b] Sic etiam Brunckius, nisi

V. 719.

Κατωνάκη. Corrigendum credo κατωνάκην, *slave-fashion.* Ita enim exprimebant Attici *modum* ad quem aliquis vel aliqua sive ἐκείρετο sive ἐτίλλετο. Κατωνάκη, *habitus servilis.* Vide Lysistr. 1153, 7.[a]

V. 760.

Ἀν. Ἀνόητος; Φει. Οὐ γάρ; ἠλιθιώτατος μὲν οὖν
Ἀπαξαπάντων. Ἀν. Ὅτι τὸ ταττόμενον ποιῶ;
ΦΕΙ. Τὸ ταττόμενον γὰρ δεῖ ποιεῖν τὸν σώφρονα;
ΑΝ. Μάλιστα πάντων. Φει. Τὸν μὲν οὖν ἀβέλτερον.

Ita distribuendi sunt versus posteriores.

V. 794.

Αν. Οἴσουσιν, ὦ τᾶν. Φει. Ἢν δὲ μὴ κομίσωσι, τί;
Αν. Ἀμέλει κομιοῦσιν. Φει. Ἢν δὲ μὴ κομίσωσι, τί;

Sermonis venustas, opinor, postulat ut versus prior sic scribatur:

Ἀν. Οἴσουσιν, ὦ τᾶν. Φει. Ἢν δὲ μὴ ΟΙΣΩΣΙ, τί[b];

In v. 797. Legendum est: ΑΠΕΙ μ' ἐάσας.

V. 801.

In sequentibus omnia turbata esse omnes fatentur. Ecce igitur distributionem novam, vulgata, nisi fallor, meliorem; veram esse praestare nolim.

——————Φει. Πάνυ γ' ἂν οὖν Ἀντισθένης

quod ἅπαντες sine signo interrogationis scripsit.

[a] Dativum κατωνάκῃ praetulit Brunckius.

[b] Miror Tyrwhittum μὴ οἴσωσι potius quam μὴ ἐνέγκωσι scripsisse.

Αὖτ' εἰσενέγκοι. ΑΝ. Πολὺ γὰρ ἐμμελέστερον.
Φει. Πρότερον ΧΕΣΕΙ πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας.
Ἀν. Οἴμωζε. Φει. Καλλίμαχος δ' ὁ χοροδιδάσκαλος
Αὐτοῖσιν εἰσοίσει τί; Ἀν. Πλείω Καλλίου.
Φει. Ὥνθρωπος οὗτος ἀποβαλεῖ τὴν οὐσίαν.

V. 802. vulgo deest ΑΝ. V. 803. vulgo deest ΦΕΙ. Ibid. vulgo χέσαι. V. 805. vulgo deest ΑΝ. V. 806. vulgo deest ΦΕΙ.

V. 850.

ΚΗ. Καὶ ποῖ βαδιεῖ σὺ μὴ καταθεὶς τὴν οὐσίαν;

Hic, et in sequentibus, pro *Praecone* reponendus est Ἀνὴρ ὁ καταθείς[a].

V. 872.

In hac scena Ἄλλη Γραῦς perperam inducitur. Quae feruntur sub ejus persona v. 879. Νῦν μέν με παρακύψασα κ. τ. λ. sunt Τῆς Νέας: quae autem v. 888. Εἴ τις ἀγαθὸν βούλεται κ. τ. λ. Τῆς πρώτης Γραὸς, quae una scilicet in hac scena locum habet[b].

V. 919.

Νέ. Αἶδ' ὁπόσα βούλει, καὶ παράκυφθ'[c] ὥσπερ γαλῆ·
Οὐδεὶς γὰρ ὡς σὲ πρότερον εἴσεισ' ἀντ' ἐμοῦ.
Γρ. Οὔκουν ἐπ' ἐκφοράν γε; Νέ. Καινόν γ', ὦ σαπρά.
Γρ. Οὐ δῆτα.

[a] Vidit hoc etiam Brunckius.

[b] Secundam anum versu demum 937. inducit Brunckius, quem vide ad v. 884. suae ed.

[c] Tyrwhittus minus recte παρακυπθ' pro vulgato παράκυφ'. Brunckius, cui fraudi fuit MS. sui scriptura ὡς γαλῆ, audacter reposuit παράκυψον. Recte scriptum in Ravennate.

In v. 922. interpretando frustra laborat Faber: nec mirum, cum plane corruptus sit. Legendum credo:

Γρ. Οὔκουν ἐπ' ἐκφοράν γε; Νέ. ΚΑΙ ΝΥΝ Γ', ὦ σαπρά.

An. *Nonne ut efferant me?* Pa. *Immo vero instanter*— Ἐκφορὰ proprie de mortuis dicitur. Vide locum simillimum, [Plut.] v. 1007.

Γρ. Καὶ μὴν προτοῦ γ' ὁσημέραι, νὴ τὼ θεὼ,
Ἐπὶ τὴν θύραν ἐβάδιζεν αἰεὶ τὴν ἐμήν.
Χρ. Ἐπ' ἐκφοράν[b];

V. 933.

Νε. Εἴθ' ἐξῆν παρὰ τῇ νέᾳ καθεύδειν,
Καὶ μηδὲν πρότερον διασποδῆσαι
Ἀνάσιμον ἢ πρεσβύτερον,
Οὐ γὰρ ἀνασχετὸν τοῦτό γ' ἐλευθέρῳ.

Ita digerendum est hoc carmen, quod revera Σκόλιον est, sicut etiam responsorium τῆς Γραός: Οἰμώζων ἄρα, νὴ Δία, σποδήσεις. κ. τ. λ.[c] Utrumque autem iisdem numeris absolutum est, quibus celeberrimum illud, vel potius celeberrima illa Harmodii. Falluntur enim, opinor, viri docti qui quatuor ea Scolia de Harmodio, quae conservavit Athenaeus L. 15. p. 695. quasi unum laudant.

[b] Nihil profecit Tyrwhittus. Unum moneo de loco difficillimo. Versum 922. in MS. Rav. ita scriptum testatur Invernizius: οὐ δῆτα. τί γὰρ ἂν γραῖ καινά τις λέγοι. In γραῖ latet dativus γραΐ, cujus loco ille reposuit γραῖα.

[c] Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 695. Versu 934. μὴ 'δει pro μηδὲν scribendum alibi monui.

Quinetiam initium hujus Scolii videtur παρῳδεῖσθαι ex illo, quod etiam extat loc. cit. Εἴθ' ἐξῆν ὁποῖός τις ἦν ἕκαστος κ. τ. λ.

V. 997.

Γρ. Μὴ σκῶπτέ μ', ὦ τάλαν, ἀλλ' ἔπου δεῦρ' ὡς ἐμέ.
Νε. Ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη μοὐστὶν, εἰ μὴ τῶν ἐμῶν
Τὴν πεντακοσιοστὴν κατέθηκας τῇ πόλει.

Jocum lepidissimum obscuravit unius literulae mutatio. Pro ἐμῶν, credo, scripsit Comicus ΕΤΩΝ. Quingentesima τῶν ἐτῶν (*annorum*) a vetula festive exigitur, non τῶν ὄντων (*bonorum*) quae vulgo censentur. V. Plut. v. 1084.[a]

V. 1026.

Γρ. Ἦ μὴν ἔτ' ὠνήσει σὺ καὶ στεφάνην ἐμοί.
Νε. Νὴ τὸν Δί' ἦν περί γε ποῦ τῶν κηρίων·
Οἶμαι γὰρ ἔνδον διαπεσεῖσθαι σ' αὐτίκα.

Recte vidit Kusterus (contra Scholiastem et Fabrum) per στεφάνην hic simpliciter intelligi *coronam*. De versu autem sequente, qui plane mancus est, et a Fabro frustra tentatus, omnino silet. Cogitabam aliquando rescribendum esse:

Νὴ τὸν Δία, ΚΑΛΗΝ περί γε που τῶν ΗΡΙΩΝ.

Immo, per Jovem, pulchram alicubi circum sepulchreta[b].

V. 1173.

Εὐαίως ἐπινίκι' εὖ αἶ.

[a] Hanc conjecturam secum a Tyrwhitto communicatam probat Brunckius.

[b] Brunckius e MS. νὴ τὸν Δί', ἦν περιῇς γέ που τῶν κηρίων. Nec multo secus Rav.

Scribendum credo, ut est in Lysistr. v. 1295.

Εὐαῖ, ὡς ΕΠΙ ΝΙΚΗΙ, εὖαι.

ΠΛΟΥΤΟΣ. V. 596.

——————δεῖπνον κατὰ μῆνα ΠΡΟΠΕΜΠΕΙΝ.

Editt. Vett. προσάγειν. Unde Bentleius, qui προπέμπειν recte improbat, reponit προσάξειν. Sed, opinor, melius erit, ordine verborum tantum immutato:

——————δεῖπνον προσάγειν κατὰ μῆνα [a].

V. 871.

Μὰ Δί', οὐμενοῦν ἔσθ' ὑγιὲς ὑμῶν οὐδενός.

Non dubito scribendum esse:

Μὰ Δί', ΟΥΔΕΝ οὖν ἔσθ' ὑγιὲς ὑμῶν οὐδενός.

Sic supra v. 362.

Ὡς ΟΥΔΕΝ ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν ΟΥΔΕΝΟΣ.

V. 1195.

In Scholiis ad hunc versum pro Φυλλίον legere debemus ΦΙΛΥΛΛΙΟΝ, qui Comoediae veteris Poëta fuit, ab Athenaeo saepius memoratus. Versus etiam Strattidis de eodem sic corrigendi sunt:

Ὑμεῖς τε πάντες ἕξιτ' ἐπὶ τὸ Πύθιον,
Ὅσοι περ ἐστὲ, μὴ λαβόντες λαμπάδας,
Μηδ' ἄλλο μηδὲν ἐχόμενον ΦΙΛΥΛΛΙΟΥ.

Vulg. Φυλλίον.

[a] Brunckius e Suida et duobus MSS. δεῖπνον κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν.

V. 1208.

Τῆς γραὸς ἐπιπολῆς ἔνεισιν αἱ χύτραι.

Legendum credo, ΕΠΕΙΣΙΝ[a].

[a] Ita MS. Rav. Eadem conjectura aliis in mentem venerat.

REMARKS

ON

VIRGIL'S POLLIO.

THE best commentators are agreed, that no son of Pollio's gave occasion to the fourth Eclogue, and that the compliments are too extravagant for any but a son or heir of Augustus. They have therefore adjudged it to Marcellus, and pretend that he was adopted by Augustus before his birth. (See Dr. Martyn's notes.) This supposition is absolutely irreconcilable to probability, as will appear from a review of those times, as the circumstances are related by Dion Cassius B. 48.

